


Digitized by Google

<36632783810018


Hist. nat. 16

DEMOCRITVS ABDERITA DE ARTE MAGNA,


Siue de rebus naturalibus.

Nec non Synesii, & Pelagii, & Stephani Alexandrini, & Michaelis Pselli in eundem commentaria.

Dominico Pizimentio Vibonensi Interprete.



PATAVII
Apud Simonem Galignanum
M D LXXIII.


BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

AD ANTONIVM PERRENOTTVM BVRGVNDVM CARDINALEM Amplissimum.

DOMINICVS PIZIMENTIVS VIBONENSIS.



IDEO nostris hisce temporibus quam plurimos sibi nullo iure philosophorum nomẽ uendicare: cùm re ipsa in philosophorum numero neutiquam sint meo iudicio connumerandi: sed ex uera eorum familia longè, lateq; exterminandi, nam cùm parum temporis in sapientiæ studiis insumant, coguntur earum rerũ cognitionem prætermittere, quæ, nisi me animus fallit, ad egregiam philosophiæ partem referuntur. cumq; omne æuum conterant in materia illius primæ, quæ aspectum fugit, controuersia, & perpetuò in formæ, ac priuationis disceptatione uersentur, particularium, ac admirabilium rerũ scientia omninò priuantur. ita fit, ut præter animalium, quę trifariam diuiduntur, inspectionem,

 rei

rei herbariæ, ac metallicæ, in quibus potissimùm latitant medicinæ, cognitione turpiter careant. longum esset, si uelim recensere, quantus usus ex his duabus rebus capiatur. Sed hæc aliàs fortassè, cum plus dabitur ocij. ob id etiam omittam Phaunum Pici filium, & Iouis nepotem, quem Mercurium syderis nomine appellarunt, auri, & argenti, ferriq; metalla inuenisse: & horum conficiendorum rationem Hesperiis tradidisse, atque ideò ab accolis diuitiarum largitoris nomen accepisse. Omittam Argonautas: quos Iasone duce è Gratia Colchos ferunt solutis anchoris nauigasse ad aureum illud uellus, hoc est, ad hanc auriferam artem scriptam in derasis ouium membranis asportandam. Omittam Dioclitianum Romanorum Imperatorem, qui edicto libros omnes de hac arte fusoria apud Aegyptios iussit aboleri. ne amplius illi hinc magnis opibus comparatis Romanum imperium bellis infestarent. Omittam denique Teuerum, qui de aurifera terra nõnulla dicitur conscripsisse. nam institutæ rei consequens est, ut de metallorum metamorphosi tantùm, ut lex epistolarum iubet, pauca perstringam. Equidem doleo in hac parte rudes, & imperitos uiros, qui aurum, & argentum inhiant, tantoperè laborare. nam cum ipsi Codro, & Iro pauperiores aureos montes diuitibus audeant polliceri, illorum oculos exhauriunt, factaq; impostura, uelut Gygis annulum gestent euanescunt, ac se ab eo-

rum

rum, quos deceperunt, oculis inopinatò subtrahũt. & pro preciosissimo lapide philosophorum, uilissimum cinerem, pro sole, & luna tartaream caliginem interiectam, fœdissimosq; odores dispersos domi relinquunt. Quot stultos (absit inuidia uerbis) Ianus ille Licinius, qui parum abfuit, quin Parthenope Scorpionis ictu obstructas misero techinas malè periret, sua illa aurea catena deuinxit, Socratico uultu illexit, ac spe inani lactatos pessumdedit? Quot item Morienus fatuos, ac sui cognomines fecit? Hi sunt, qui ueterum mysteria non percipientes hanc arcanam philosophiæ partem omni dedecore infamem reddiderunt, ut nemo publicè de metallorum transmutatione uerba faciat: nemo nisi uulpecularum more in cuniculis latitans, quid natura possit, experiatur. cur autem pleriq; omnes operam ludant, id caussæ esse potissimum indico: quòd in ipsa generatione rerum omnium parentem naturam non imitantur; quam uidemus ex similibus similia, ex leone leonem, & ex frumento frumentum stato temporis curriculo procreare, quòd si antiquorum sensum callerent, non ex urina, nec ex capillis, nec ex hominum caluariis, nec, quod putidum dictum est, ex semine, atquè adeò ex ipsis excrementis auri, & argenti semina eligere, ac colligere conarentur: quæ omnia à rerum generandarum natura prorsus abhorrent. Rem hic ridiculam, ac iocosam, nulloq; pacto reticendam commemorabo. Decem

ab hinc annis Neapoli cùm degerem, sacerdos quidam mihi maximè necessarius omnium pharmacopolarum officinas perlustrauit, & hirudines quot quot potuit inuenire, pretio mercatus est, easq; ad ignem siccandas studiosè curauit. cùm pro certo sibi persuasisset, illarum pulueris suctu posse se argentum uiuum conglaciare, irrito euentu, non sinè maximis totius ciuitatis, ægrotantiũ, & medicorum querimoniis. insequentibus item diebus domi apud eundem senior quidam theologus promissa barba cùm cogitaret Argi mortem se prosequuturum, & Mercurio parpari redditurum eum in saraginem feruenti oleo semiplenam cum Bronte, Sterope, & succincto Pyracmone sociis iniecit. qui concalefactus repentè tanta displosione, atque impetu undanti fumo permistus emicuit, ut nobis extremam fore illam diem putaremus, nisi in proximum pauimentum, quòd sub dio stabat, pedibus ad salutem cõtendissemus. at noster, qui totus erat in Deorum nuntio torquendo, ac comburendo, à summo cucullo usq; ad ima uestis ora, tot ac tales olei maculas suscepit, ut nullo unquam smegmate, aut nitro abluere, nec nisi post solis occasum inde in publicum prodire, & domum se referre potuerit. idem hoc malo minus edoctus inde ad paucos dies, dum à stanno stridorem tollere pertentaret, Iouem in peluim, in quam lotium reddiderat, immisit. at Iupiter coelum petens in monachi faciem dissiluit, ut penè

os

os totum ambureret, ac nares in honesto uulnere obtruncaret. ita oleum, atque operam perdunt, qui naturam ducem non sequuntur. Horum ego misericordia commotus Cardinalis amplissime, uulgi errores tollendos, atque hanc philosophiæ partem chymicorum ignorantium culpa infimam & sordidissimam omnium in pristinam dignitatem reuocandam existimaui, ac nulla alia ratione id me assequi posse animo cogitaui, quàm si celeberrimorum philosophorum scripta, quæ hactenus aliorum inuidia abstrusa in profundo penitus latuerunt, nostra opera, & diligentia in communem omnium studiosorum usum uulgarentur, ut post habitis recentiorum nugis, ac uanis præstigiatorum commentis in eruditorum uirorum lucubrationibus sapientiæ filij uersarentur. Quapropter cùm Democriti Abderitæ libellum de arte magna, & Synesium eiusdē interpretem emptū à Corcyræo quodam, qui Venetiis Romam se contulerat, in Latinum conuertissem, uolui utrunq; tibi inscribere. partim, ut contrà huius artis inuidiam magni nominis auctoritas suffragetur: partim uerò, ut hoc munusculo tuam mihi gratiam concilarem præsertim cùm tu præ cæteris abditissimarum rerum studiis delecteris: atque simplicia rara inuentu extremo ex orbe quæsita aliis, qui eodem desiderio tenentur, qua tua est humanitas, liberalissimè impertias. Quid si plures tui, nec non Cardinalis Sirleti similes purpura-

tos haberemus, qui eadem animi propensione bonarum artium studia fouerent, atq; amplecterentur, non dubito, quin politiores litteræ, quæ nunc penitus consopitæ iacent, paulatim oculos tollerent, & ingenia quæq; præclara honestissimarum uigiliarum præmium ferrent. Ne igitur paruipendas, oro, hæc saltim ob uetustatem ipsam ueneranda tantorum uirorum monumenta, quæ aliàs lætissima fronte maximi sæpè Reges admiserũt. ac pro certo habeto, si quid ueri chymica ars habeat, quod posses fortaßè tuo grauißimo testimonio confirmare, id totum in his Democriti scriptis contineri. Qua propter ut ea, quæ omnes philosophi multis uelut Herculanis nodis implicarunt, ego paucis absoluam, ac de meo sensu iudicẽ, nihil aliud censeo præter corpora in spiritus uersa, & cum suo compare in calidis thalamis stabili connubio iuncta flauos, ac candentes filios procreare: totumq; hoc mysterium nihil aliud esse, quàm nebulæ, & aquæ elationem: & huc torqueri perbellè posse quod Pindarus scribit ĩ Pythiis, aurata Apollinis lyra aquilam in Iouis sceptro, hoc est, in sphæra ignis, insidentem demißis alis leniter consopiri. Attenuent ergo, soluant, ac conuertant naturas, & Osiridis membra dilanient ueritatis studiosi, nec longi temporis mora deterreantur, & huius nostri hortuli perennem, non Dioscoridis chelidoniam, aut hemionitim lunæ modo falcatã in igne deficiẽtem, aut securidacæ spe-

ciem

ciẽ equinum ferrũ appellatam quærant & ex al tißimo monte, quod animal appellauerunt sapientes, nostram Græcam aglaophotim, non Latinorũ lundriam incuruo folio, non borißam intorta radice ex Gargano, aut Nursinis collibus petant.
Hæc illa est lunaria, quam Homerus in hymnis ὁμότροφον Ἀπόλλωνος Græcè .i. eodem cũ Apolline lacte altam memorat. Alumnus verò, qui utrosq; suo lacte rigat, & humore uelut Salamandras in igne nutrit, Mercurius est, qui δοτορ ἐάων Græcè ab eodem poeta .i. bonorum largitor appellatur. quantum non ut certus artifex experientia assere re, sed ut lector diligens non leui coniectura possum augurari. Vale, & si hæc tibi non ingrata fuisse significaueris, quæ, ut Hieronymo Fagiolo uiro humanißimo, ac mecum summa familiaritate coniunctißimo petenti gratificarer, latina facere uolui Olympiodori & aliorum commentaria in eundem Democritum propediem expecta.
Datum Romæ. Calend. Septemb. M. D. LXX.

EX REBVS NATVRALIBVS, ET MYSTICIS DEMOCRITI.





ATVRA natura gaudet: & natura naturam uincit: & natura naturam retinet. ¶ Admirati uehementer sumus, quòd breuiter rem omnem perstrinxerit. ego autem uenio in Aegyptum naturalia ferens, ut materiam superfluam, & confusam contenatis. Capiens Mercurium infige corpori magnesiæ, uel corpori Italici stimmi; uel sulphuris ignem non experti: uel spumæ argenti, uel calci uiuæ, uel alumini ex Melo, uel arsenico, uel, ut scis. & conijce terrā albam Veneris, & habebis Venerem claram. flauam uerò conijce Lunam, & habebis aurū, & erit chrysocorallum in corpus redactum. Idem etiam facit arsenicum flauum, & sandaracha præparata & cinabrium, ualdè contusum. æs autem splendidum folium argentum uiuum facit. natura enim naturam uincit Marchesitam (Pyritem

tem

tem Grecè) argenteam, quam etiam sideritem nocant, rege, & fac ex more, ut solui posfit. Fluet autem uel per aureum, uel albū lithargirium, uel in Italico stimmi, & expurga cum plumbo. non simpliciter inquam, ne aberres. sed eo, quod est à scissili & lithargirio nigro nostro, uel, ut scis, & coque, & conijce materiæ flauum factum, & tinget. Natura enim natura gaudet Pyritem rege, donec fiat incōbustibilis abijciens nigredinem. rege autem muriam, uel urina incorrupta, uel aqua maris, uel oxymelite, uel, ut scis. donec fiat, ut auri ramentum incombustibile. & si fiet, misce cum eo sulphur ignem non expertum. uel alumen flauum, uel ochram atticam, uel, ut scis. & adiice Lunam per solē per auricōchylium. Natura enim naturam uincit. Claudianum capiens facias marmor, ut moris est, donec flauum fiat. Flauum reddas non lapidem inquam, sed id, quod utile est ex lapide. Flauum uerò reddes per alumen ustum sulphure, uel arsenico, uel sandaracha, uel calce, uel, ut scis, & si apposueris lunam, facies solem, si uerò solem, facies auri conchylium. Natura enim naturam uincens retinet. Cinabrium album facito per oleum, uel acetum, uel mel, uel muriam, uel alumen. posteà flauum per misy, uel sori, uel chalcantha, uel sulphur uiuum, uel, ut scis. & adiice lunam, & erit sol.

si aurum tinges, uel æs, uel electrum. Natura natura gaudet Cypriam, Cadmiam, Zonytem inquam, dealba, ut moris est, postea flauam facito. Flauam uerò reddes felle uituli, uel terebinthina, uel cicino, uel raphanino, uel ouorum uitellis, quæ ipsam flauam reddere possunt. & adiice lunam. aurum enim erit ob aurum. Natura enim naturam uincit.

Andrmedian tem rege uino austero, uel aqua maris, uel acida muria: quæ res possunt ipsius naturam infringere. solue cū stimi chalcidonio, & tege iterum aqua marina, uel muria, uel acida muria ablue, donec abeat stibij nigredo, frigito, uel assato, donec flauescat, & coquito aqua diuina illibata, & argento imposito, & cùm sulphur uiuum adieceris, facias chrysozomium. i. liquorem aureum. Natura enim naturam uincit. hic est lapis chrysites appellatus.

Capiens terram albam, à cerusa inquam, et argenti scoriis, uel stibij Italici, & magnesiæ, uel etiam albi lithargyrij, dealbato aqua marina, uel muria acida, uel aqua aëria sub rore, in quā, ac sole, ut ipsa soluta fiat alba, ut cerussa. Coque igitur hāc in fornace, & adiice ipsi florem æris, uel æruginem rasilem arte elaboratam inquam, uel æs ustum satis corruptum, uel chalcitem, uel cyanū, adiicito, donec fiat incorruptus, & solidus, facile autem fiet. hoc

est

est melybdochalicũ. Experire igitur si nigredinem exuerit, sin minus, ęs ipsum ne culpes, sed teipsum potius, quoniam nō rectè gubernasti. ergò splendidum reddas, & soluas, & adiicito ea, quæ flauũ facere queant, assatoq; donec flauescat: & iniice corporibus cunctis. Nam ęs omne corpus tingit, ubi nitens, ac flauum fuerit. Natura enim naturam uincit.

Cum sulphure ignem non experto contere sori, & chalcanthum, sori autē, est ut Cyanus scabiosus semper in misy inuentus, hoc etiā uiride calcanthum uocant. assa igitur ipsum in mediis carbonibus diebus tribus, donec fiat rubeum pharmacum. coniice Veneri, uel lunę à nobis factę, & erit sol. hoc pone in laminas dissectum in aceto, & chalcantho, & misy, & alumine, & sale Cappadocię, & nitro rubro, uel, ut lcis, per dies tres, uel quinque, uel sex, donec fiat ęrugo, & tinges. solem enim facit chalcanthum ✱ rubiginem. natura natura gaudet.

Chrysocollam Macedonum ęrugini ęris similem rege, soluens urina iuuenculæ, donec cōuertatur. Natura enim intus abdita est. Si igitur conuertetur, immerge ipsam in oleũ cicinum sępius igniens, & intingens, posteà assa cum alumine, prius solués misy, uel sulphure uiuo flauũ reddas, & tinge omne corpus auri. ò naturę naturarũ gubernatricęs, ò naturę sum-

ma-

magnæ, naturas mutationibus superantes, ò naturæ suprà naturam naturas delectantes. Hæc igitur sunt magnam naturam habentia his naturis non aliæ in tincturis præstantiores, non similes, non maiores. hæc soluta omnia operantur. Vos ergò ò sapientes non ignaros esse planè intelligo; immò admirari. scitis enim naturæ potentiam. iuuenes uerò ualdè offendendos, & scripto fidem non adhibituros, eò quòd materiam ipsam ignorant. non animaduertentes, quod medici, ubi salubre pharmacum parare uoluerint, non inconsiderate hoc facere moliuntur, sed prius probantes, qualè nam calidum sit, ac quale, cum hoc coniunctum, mediocrem facit temperationē, siuè frigidum, siuè humidum, siuè quodcūq; sit qualitatis genus, mediocrem adhibent temperationem sed hi temerè, & incōsiderate uolentes parare salubrem medicinam, atq; omnium morborum solutionem, nō animaduertunt se in damnum incursuros. cùm enim arbitrentur nos fabulosè, non autem mysticè loqui, in rerum speciebus exquirendis nullā adhibent diligentiam, ut si hoc est abstergens hoc uerò abiiciendum, & si hoc tinctiuum, hoc uerò accommodandum & si hoc superficiem tingit, uel si ex superficie tinctura oboletur, etiam ex imo corporis metallici euanescet, & si hoc igni resistit, hoc uerò commix-

rum aliquid, quòd igni resistat, faciat, exempli gratia, si sal abstergat superficiem Iouis, etiam interiores partes penitus abstergat, & si exterior pars æruginem cõtrahat post abstersionem, interiores quoque idem patiantur, & si superficiem Veneris dealbat, & abstergit Mercurius, etiam interiores partes dealbet. et si extrinsecus euanescit, etiam intrinsecus fugiat. Si hisce in rebus uersati fuissent, iuuenes; iacturam minus fecissent, iudiciosè ad rerum actiones animum applicantes, ignorant enim naturarum antipathias, ut species una decem permutat, gutta enim olei purpuram latè cõmaculare, & parùm sulphuris multa comburere consueuit. Hæc ergo de medicinis, & quonam pacto oporteat scripto incumbere, dicta sint.

Age uerò liquores quoquè deinceps referamus, capiens Rhaponticum contere in uino Amineo austero ad ceræ spissitudinem, et sumo laminam lunæ, ut facias solem. cuius fragmenta sint ampla unguis latitudine, & hoc pharmaco rursus frequentius uteris, & pone in uase uacuo, quod illiniens undiq;, succende lentissimo, donec media pars absumatur. postea pone laminam in reliquiis medicinæ, & sine cum uino prædicto, quousq; succi tibi liquor appareat. huc conijce statim laminam candentem refrigeratam, postea sine, ut ebibat.

deinde

deinde accipe eam, & pone in crucibulo, & inuenies solem.

Si uerò Rha sit uetustum tempore admisce ipsi clydrii partes æquales prius parans, ut moris est. clydrium enim cum Rha cognationem habet. Natura natura gaudet.

Recipe crocum Ciliciæ, & relinque unà cũ flore croci, cum prædicto succo uitis, & facias liquorem, ut fieri solet, tinge argentum sectũ in laminas, donec tibi nitens uideatur. At si ęrea lamina fuerit, præstantius erit, sed prius purga ęs, ex more. Deinde capiens aristolochię herbæ partes duas, & croci, & elydrij duplum, fac ut cæroti spissitudinem habeat, & inunges laminam, & fac ut prius, & mirabere. etenim Ciliciæ crocus eandem cum Mercurio operationem habet, ut item casia cum cinamomo. Natura naturam uincit.

Capiens plumbum nostrum nitens factum per terram Chiam, & pyritem, & alumen, cõbure paleis, & funde in pyritem, & crocum, & cnicum, & æcumenicum florem, contere cum aceto acerrimo; & fac liquorem, ut moris est, & infunde plumbum, & sine ebibat, & inuenies solem. habeat autem compositio etiam parum sulphuris uiui. Natura enim naturam uincit.

Hæc ratio Hepammenis est, quam ostendit sacerdotibus Aegiptiis, & usquè ad ho-

rum

rum philosophorum tempora permanet, materia auri conficiendi. ne autem miremini, si res una huiusmodi mysteriũ operatur; Nonne uidetis, ut multę medicinæ uix etiam temporis progressu possunt uulnera ferro illata conglutinare? at stercus humanum non longo temporis interuallo id pręstat. & ambustis multa adhibita medicamenta sæpè nihil proderunt, plerunque dolorem nihil minuunt, calx uerò sola rectè parata morbum pellit. & ophthalmiam, si uaria medicamenta adhibeantur, lędere sępius solent. at rhamus planta, cùm ad oẽm eiusmodi ęgritudinẽ faciat, eã optimè curat. oportet igitur cõtennere uanã, & intempestiuã materiã illã, sed rebus tãtùm naturalibus uti. Nunc uerò ex his quoq; iudicate, q sinè prędictis naturis nemo operatus est unquã. Si aũt sine his fieri nihil potest, cur multarũ rerũ syluã desideramus. quid nobis ẽt multarũ specierum concursus ad eandem rem opus est, cùm res una cęteris omnibus antecellat? pindè uideamus cõpositione specierum, ex quibus argentum confici possit.

Argentũ uiuum ab arsenico, uel sandaracha, uel, ut scis, fige, ut moris est, & admisce Venerem ferro sulphurato, & dealbabitur. idem ẽt pstat Magnesia dealbata, & arsenicũ sublimatũ, & cadmia usta, & sandaracha igne non experta dealbata. & cerussa torrefacta simul cũ

b sulphure.

sulphure. ferrum autem solues magnesiam coniiciens, vel sulphuris dimidium, uel magneris parùm. nam magnes habet cum ferro affinitatem. Natura natura gaudet.

Capiens prædictam nebulam coces cum oleo cicino, uel raphanino commiscens parùm aluminis. postea capiens stannum, purga cum sulphure, ex more, uel marchasita, uel, ut tibi notum est, & iniice in nebulam, & miscens omnia assa carbonibus tectis. & vide bis hanc medicinam fieri psimithio similem, quæ dealbat omne corpus. sed in iniunctionibus, admisce illi terram Chiam, uel Asteritem uel Aphroselinum, uel, ut scis. nam Aphroselinum cum Mercurio sociatum omne corpus dealbat. Natura naturam uincit.

Recipe magnesiam albã, & dealbabis ipsã muria, & alumine, in aqua marina, uel succo citri, uel fuligine sulphuris. nã sulphuris fumus cùm sit albus, oĩa dealbat. Alii uerò tradunt fumũ ẽt ramorũ palmę illã dealbare. admisce illi post dealbationẽ fecis partes æquales, ut satis alba fiat, & capiens æris subalbidi, orichalchi inquã vnc. 4. pone ĩ crucibulo subiiciens parũ stanni prius purgati vnc. 1. paulatim agitãdo, donec substãtię cõiungantur: erit frãgibile. coniice igitur albæ medicinæ dimidiũ, & erit pcipuum. magnesia. n. dealbata nõ sinit, vt corpora frangãtur, uel, ut æris nigredo

foras emergat. Natura naturam retinet.

Recipe sulphur album, dealbabis uerò illud urina soluens in sole, uel alumine & muria salis. flos erit quàm candidissimũ, solue ipsum cum sandaracha, uel urina iuuēculæ dies sex, donec medicina ad marmoris similitudinem proprius accedat. & si ita fiat mirares erit. nam Venerem dealbat, ferrum mollit, stanni stridorem tollit, plumbum candidum reddit. infrangibiles substantias, ac permanentes tincturas facit. sulphur enim sulphuri admistum diuinas substantias facit. quippe cùm magnam habeant inter se cognitionem. Naturæ enim naturis gaudent.

Dealbatum verò lithargyrium iunge cum sulphure, uel cadmia, uel arsenico, uel pyrite, uel oxymelite, ne amplius fluat. assa ergò ipsum carbonibus ardentibus luto uas muniés. habeat uerò compositio etiam calcem torrefactam, & aceto imbutam per dies tres, ut maiorem abstergendi uim habeat. Impone igitur ipsum factum cerusa magis album. sæpius uerò fit etiam flauum, si illi abūdè ignis subministretur, sed si flauum fiat ad pręsens tibi non proderit. nam mens est cum illo corpora dealbare. uto igitur ipsum mediocriter. & admisce omni corpori, quod dealbare uolueris. nam lithargyrium si dealbatum fuerit, non amplius erit plumbum, facilè uerò fiet.

nam citò plumbi natura in multas uertitur formas. Naturæ enim naturas uincunt.

Capiens crocum Ciliciæ pone cum aqua marina, uel muria, & fac liquorem, in quem igniens immerge æris, uel ferri laminas, donec tibi satisfaciant, nam dealbantur. deinde sume medicinæ dimidium, & contere cum sandaracha, & arsenico albo, uel sulphure ignẽ non experto, uel ut scis, & fac, ut ceræ spissitudinem sumat, unge laminam, & pone in uase uacuo clauso, ut moris est, & locato in uase, ubi ramenta utuntur, tota die, postea tollens mitte in purum liquorem, & erit albissimum æs. deinceps operare, ut artifex. nam Ciliciæ crocus cum aqua marina dealbat, cum uino uerò metalla flauo colore tingit, Natura natura gaudet.

Recipe lithargyrium album, & contere ipsum cum frondibus lauri, & cimolia, & melle, & sandaracha alba. & fac, ut strigmẽti crassitudinem habeat, & iniunge medicinæ dimidium, & succende, ut moris est. immerge in reliquum medicinæ. soluens aqua cineris alborum lignorum, nam miscellanea soluta bene sine igne operantur. hæc liquoribus talia fiant, ut igni resistere queant. Natura enim naturam uincit.

Capiens præscriptam nebulam contere cũ alumine & misy, aceto abluens ipsi adiicito

etiam

etiam aliquantulùm albæ cadmiæ, uel magnesiam, uel calcem inextinctam, ut fiat corpus à corpore, & misce cum melle albissimo, & fac liquorem, in quem ignitum quodcunque uolueris, immerge. ac relinque deorsum, & fiet habeat autem compositio & parùm sulphuris uiui. vt medicina peruadat, ac penetret. Natura naturam uincit.

Recipe arsenici vnc. 1. & nitri vnc. ÷ & corticis foliorum tenellorum perseæ vnc. 2. & salis dimidium, & succi mori vnc. 1. scissilis partes equales. terre simul in aceto, uel urina, uel calcis in extinctæ cinere, donec fiat liquor. in hunc nigricantes Veneris laminas candentes immerge & nigredinem tolles. Natura naturam uincit.

Habetis omnia, quæ ad aurum, & argentum requirũtur. nihil relinquitur; nihil deest, prætcrquàm nebulæ, & aquę eleuatio. sed hęc libens omisi, cùm liberè in aliis etiam meis scriptis pertractarim. In hoc scripto valete.

DIOSCORO SACERDOTI MAGNI SERAPIDIS IN ALEXANDRIA DEO FAVENTE.

SYNESIVS PHILOSOPHVS S. P. D.





Epiſtolam tuam ad me miſsã de diuini Democriti libello non negligenter accepi, ſed magna cura, ac labore me ipſum conficiens, in te oẽm meã cogitationem contuli. Vnum igitur propoſuimus nobis dicendum eſſe. Quis nam fuerit ille Philoſophus Democritus domo Abderites, qui cùm eſſet phyſicus res oẽs naturales rimatus eſt, ac de illis ſecundũ naturã cõſcripſit. Abdera vrbs eſt Thraciæ, ex qua fuit vir ſapientiſſimus; qui cùm in Aegyptũ perueniſſet, ſacris initiatus eſt à magno Oſtane in templo Memphis ſimul cum omnibus Aegypti ſacerdotibus, hinc ſumpta occaſione cõſcripſit libellos quatuor de tĩctura ſolis, & lunę, deq; lapidibus, & purpura,

Democritus quis?

Adera.

Quatuor Democri

ſumpta

sumpta in quã occasione, cõscipsit de magno Ostane. ille enim primus fuit, qui literarum monumentis consignaret; quod natura natura gaudet, & natura naturam uincit, & reliqua.

ti libelli de archimia, Ostanes.

Cæterum nobis opus est inuestigare, & discere, quænam sit hęc sententia, quęue in ipso consecutionis series. Quòd igitur duos catalogos effecerit de albo, & nigro, perspectum nobis est. ac ptius sanè solida enumerauit: deinde uerò liquores, hoc est humida, nulla harum rerum in arte sumpta. ipse enim de magno Ostane loquens confitetur, hunc uirũ nec iniectiones, nec assationes Aegyptiorum in usum adhibuisse, sed extrinsecus substãtias colorasse, & ab ignitis corporibus medicinas separasse. Dixit autem ille uiguisse apud Persas hanc consuetudinem. eius autem sententia hęc est. quòd nisi attenues substantias, & soluas, & in aquam conuertas, operam ludes. ad uiri igitur uerba ueniamus. Colligite Rhaponticum, attende quàm magna fuerit uiri prudentia, ab herbis exorsus est. vt florem cõminisceretur. herbæ enim floridę sunt. Dixit uerò Rhaponticum, quòd quemadmodum à ponto defluunt flumina, omnia quoq; flumina in ipsum labuntur. palam ergò nobis faciens significat cõuersionem in aquam, nigredinem, & corporum. i. substantiarum attenuationem. Quomodò, inquit Dioscorus, nos iu-

Solida, & humida à Democrito assumpta.

Corporũ solutio.

Rhaponticũ qđ

Cui su

 reiurando

hoc arca nũ patefaciẽdum? iureiurando deuinxit, ne alicui rem tantam liquidò declaremus: Rectè ait, Nemini, hoc est nulli imperito. illud .n. uerbum Nemini non de omnibus predicatur. ipse nanq; hoc de imperitis, & rudibus dixit. cerne enim, quid in chrysopęiæ initio tradiderit. Mercurius à cinabrio, & chrysocolla. D. & his ne opus est? Sy. Non Dioscore. D. quid igitur opus est? Sy. Audisti, sed rursus accipe. solutio corporum est, ut illa soluas, eademq; in aquam redigas, ut fluant, & nigrescant, & attenuentur. hoc enim uocatur aqua sulphuris, & Mercurius, & chrysocolla, & sulphur ignem non expertum cunctisq; aliis nominibus appellatur. Dealbatio est combustio, & citrinatio à mortuis excitari. ipsa enim se ipsa comburunt, & ipsa se ipsa uiuificant. Philosophus uerò multis ipsa nominibus appellauit, aliquandò quidẽ unius, aliquandò uerò multorum numero, ut nos exerceat, & uideat si prudentes simus? Dixit enim progrediens ita. Si fueris prudẽs & feceris, ut literis extat, eris beatus. hac enim ratione paupertatem morbum insanabilem superabis. Reuocans igitur, & abstrahens nos à uano errore, ut animum nostrum à rerum multitudine abduceret. Attende uerò, quid nam in libelli initio dixit. Venio ego etiam in Aegyptum naturalia ferens, ut rerum syluã contemnatis. naturalia uerò appellauit solida

Aqua sulphuris, Mercur. Chrysocolla. Sulphur uirgineũ. Dealbatio. Citrinatio quid? Multa lapidis nomina cur inducta? Naturalia quid?

cor-

corpora. nisi enim illa soluantur, ac rursus cō iungantur, nunquam res ad finem perducetur, & quò intelligamus ex solidis corporibus aquas, hoc est florem, sumi, uide quomodo dixerit. Quę uerò sunt in liquoribus. Crocum cilicium, Aristolochiam, & reliqua. cùm flores diceret, planum nobis fecit, aquas ex solidis sumi. Et quò nobis persuaderet, rem ita se habere, postquam dixit, Vrinam incorruptam dixit etiam, Aquam calcis uiuæ, & aquam cineris Brassicæ, & aquam fecis, & aquam aluminis, & in fine dixit, Lac canis, & manifestũ nobis est, quòd ex communi proficiscitur. Quæ enim corpora soluunt, Attulit, Aquam nitri, & aquam fecis, & uide quemadmodum dixit. hæc est materia auri conficiendi. hæc sunt, quæ materiam permutant, & in aliud metallum uertunt. quæq; igni pupugnantia reddunt. prætereà uerò nihil est tutum. si igitur prudens eris & facies, ut scriptum est, eris beatus. D. & quonam pacto philosophe hãc uiam possim inuenire, abs te scire desidero. si enim prædicta sequar, nullam inde utilitatem consequar. Sy. Audi Dioscore ipsum dicentẽ: ac mentem tuam exacue, & attende, quomodò dixerit, conuerte ipsorum naturam, natura enim intus latitat. D. ò Synesie quam conuersionem dicis? Sy. Corporum inquam. D. & quomodò ipsam conuertam, uel quomodò

Flores herbarũ p aquis.

Aqua nitri.

Aqua fecis.

Cõuersio nãrum.

ipsam

ipsam naturam extrahā? Sy. Exacue tuam mē tem Dioscore, & cōsidera, quonā modo dicat. Si. n. ut oportet, gubernaueris, naturam extra hes. Terra chia, & asterites, cadmia alba, & reliqua. Vide, quanta sit viri prudentia, quomō alba omnia tetigit, ut albedinem ostenderet, quod ergo Dioscore inquit, hoc est. iunge corpora cum Mercurio, & seca in tenuem scobem, & sume alium Mercurium. omnia enim Mercurius trahit ad se ipsum: & sine ut digerantur per tres, uel quatuor dies. & loca materiam hanc in texta suprà cinerem calidum, nec sit magnus ignis accensus, sed in tepido cineris suauis calor, ita ut cera possit liquescere. huiusmodi igitur ignis uapore textæ vas uitreum accommodatur, cuius mammilla altè se efferat, rostrum uerò deorsum uergat, & cape aquam, quæ ascenderit per alembiccum, & serua, & putrefac. hæc dicitur aqua sulphuris. hæc est conuersio, hæc uocatur corporum solutio. hac ratione naturam intus latitantem in lucem proferes. hæc aqua cum corrupta fuerit, uocatur acetum, & uinū Amineum, & similia. & quo admireris hominis sapientiam. vide quomodo duos catalagos fecerit, auri, & argenti cōficiendi, & duos item liquores. alterum quidem in flauo, alterum uerò in albo, hoc est, auri, & argenti; & uocauit solis catalogum Chysopœiam; lunæ

Terra chia. Quid per alba Democritus significāt

Mercurii cum corporibus iunctio

Ignis rō.

Vasis ul trei descriptio

Aqua sulphuris.

Acetum. Vinum Amineū.

uero

uerò argenti confectionem. D. sat benè dixisti Synesie. sed ipsius artis, quidnam prius est? dealbatio, uel citrinatio? Sy. Dealbatio potius D. & quamobrem citrinationem prius recensuit? Sy. Quoniam sol lunæ præfertur. D. ita ne ò Synesię faciendum est? Sy. Non Dioscore, sed ut nostræ mentis, & ingenii aciem exercerent. hæc ita disposita sunt. Audi ipsum dicentem, quod sibi cum nobis prudentibus oratio est, mentem nostram exercenti. Si uerò uix exactè rem scire, duobus catalogis mentem adhibe: quòd antè omnia Mercurius positus est, & in flauo, hoc ē sole, & in albo, hoc est luna, & in sole quidem dixit, Mercurius à cinabrio, in albo uerò dixit. Mercurius ab arsenico, uel sandaracha, & quæ sequuntur. D. Diuersus ergò est Mercurius? Sy. Sanè quidē diuersus est, cùm unus sit. D. & si unus est, quò nam pacto est diuersus? Sy. Et diuersus est, & vim maximam habet, nonnè audisti Mercurium dicentem, fauus albus, & fauus rubeus? D. Audiui equidem. quòd autem scire Sinesie cupio, hoc me doceto. Sy. Omninò ipse Mercurius omnes induit formas, quemadmodum enim cera sumit, quemcunque colorem trahit, sic etiam Mercuris philosophe, ipse dealbat omnia, & omnium animas trahit, eademque coquit, & rapit, ad instrumenta ergo aptatus, & in seipso humores

Cur citrinatio ante dealbationē nominatas

Mercuriorū diuersitas.

Animas corporū

habens

à Mercurio extrahi.

habens, prorsus etiam corruptionem sustinet, permutat omnes colores, & permanet, ipsis non permanentibus. immò uerò ipso nō subsistente tunc etiam continetur corporum, & subiectorum rectionibus. D. Et quæ nam sunt hæc ipsorum corpora & materiæ? Sy. Quatuor corporum cōpositio, & horum ea, quæ affinia sunt. D. Quæ sunt horum affinia? Sy. Audisti quòd materiæ ipsorum animę ipsorū sunt. D. Et materiæ ergo ipsorum sunt ipsorū animæ? Sy. Certè. quemadmodum enim faber si lignum capiat, solium facit, uel currum uel aliud quidpiam, & materiam solùm operatur, & ipsi nihil aliud artifex dat preter formam, sic & ars ipsa ò Philosophe postquam diuisit illa. arrige aures ò Dioscore, statuarius expolit, uel secat lapidem, ut idoneus sit ad suum usum. rursus faber lignum secat, uel radit, ut fiat solium, uel rheda & nihil aliud artifex adhibet præter formam. nihil enim est præter lignum. eodem modo, & æs fit statua, uel circulus, uel quoddam aliud uas, artifice ipso nil nisi formam dante. sic igitur Mercurius arte elaboratus à nobis ipse omnem formam suscipit, & fixus, ut dictum est, corpori ex quatuor rerum generibus constanti, fortis & firmus manet, continens, & contentus. ob id, & Pibichius eum magnam affinitatem dixit habere. D. Rectè hæc explicasti, ac me instruxisti.

Quatuor corporū cōpositio

struxisti. Volo igitur ad uiri uerba accedere, & ea, quæ ab ipso obliq; dicta sunt, à principio uidere. Mercurius ex cinabrio, omnis igitur Mercurius ex corporibus fit. hic autem ex cinabrio dixit, tanquam manifestum sit ipsum esse ex cinabrio. Atqui Mercurius ex cinabrio citrinus est, ipse autem Mercurius est albus. Sy. Actu quidem albus est Mercurius virtute uerò citrinus fit. D. Hoc ne igitur dixit Philosophus? ò naturæ cœlestes naturarũ creatrices mutationibus naturas superantes, Sy. & hanc ob causam dixit. Nisi enim permutentur, id quod expectatur, fieri non poterit, & frustra laborant, qui materias explorant, & non naturas corporum magnesiæ quærunt, licet enim poetis, & oratoribus easdem dictiones alia, atq; alia ratione efformare. Corpus igitur magnesiæ dixit, hoc est substantiarum mixtionem, & ob id progrediens ait, in principio, ubi auri conficiendi rationem docet. Capiens Mercurium infige corpori magnesiæ. D. Eccè igitur præpositus est Mercurius. Sy. Sanè quidem. ob ipsum enim omnia extrahũtur. atq; iterum adiicit, (& per gradus cuiuslibet rei institutum pertractauit) Chrysocolla, quod est batrachium inter lapides inuenitur. & quænam sit chrisocolla, idest batrachium, & quidnam significet, quòd, & inter uirides lapillos inuenitur, necesse igitur nobis est

Mercuriũ esse citrinum potentia.

Magnesiæ corpus quid?

Chrysocolla. Batrachium.

quærere. Primò igitur scire debemus, quæcunq; sunt colore uiridia, & age iam, ut ab hominem exordiamur, homo enim omnibus animantibus in terra degentibus antefertur. dicamus igitur hunc pallentem pallidum effectum esse, & manifestum est, quòd, ut ochra, mutatur illius forma, hoc est, ad aureum colorem, immò uerò ad ipsius citri corticem, quæ est palloris species. hoc procedente oratione flauum arsenicum appellauit, ut palloris speciem ostenderet. Vt autem cognoscas, quomõ magna cum prudentia particulariter hoc dixit, animaduerte qua nam ratione dicat. Mercurium à cinabrio corpori magnesiæ, posteà infert Chrysocollam, claudianum masculinũ, nomen: rursus induxit masculinum, ut ipsum à fœmininis separaret, & post Claudianum, arsenicum flauum duobus flauis duo nomina fœminina imponens. posteà duo masculina.

Arseni cũ flauũ.

Oportet igitur nos inuestigare, & uidere, quid hoc sit, hic, quantum ego Dioscore suspicor, unum putrefacit. deindè assumit Cadmia, posteà Androdamanta, & Androdamas, & cadmia sicca sunt, & ostendunt corporum siccitatem, & ut hoc planum faceret. Intulit Alumen combustum, considera, quanta sit uiri sapientia, hoc enim dixit, ut prudentes intelligerent, quomodò ipsos docuerit, dicens, Alumen ustum & fortassè uerò, hoc etiam

Androdamas.
Cadmia.

impe-

imperitis uoluit persuadere, ut autem, &, firmiora tibi essent, statim intulit, Sulphur ignem non expertum, hoc est sulphur incombustum. Totum, idest exiccatas species infrà, hoc est corpora unum facta sulphur, incombustibile appellauit, & postea infert, Pyrites dissolutus. ¶ Nullum ex aliis indeterminatè confirmans. hoc uerum est, quod sicca sunt ea, quæ permanent, & hæc distinguens infert. Sinopin ponticam à siccis ad humida transiens Ionopin dixit, Ponticam tamen addens, quòd nisi addidisset, intelligi neutiquam potuisset. hoc autem confirmans intulit, Sulphuris aquam athicton .i. illibatam, à solo sulphure sulphur. D. Rectè hoc philosophe enodasti, sed attende, quomodò dixit per calcem uiuam. Sy. O Dioscore non animum aduertis. Calx uiua alba est, & aqua eiusdem alba, & acuta, & sulphur suffitum dealbat, declarationis gratia igitur statim subdit. Sulphuris fuliginem, nonne hæc nobis patefaciens? D. certè benè dixisti, & deinceps Sori citrinum, & vitriolum citrinum, & cinabrium. Sy. Sori, & calcanthum citrinum non nosti esse uiridia? cum igitur tetigisset Veneris æruginis ablationem, hoc est expurgationem, immò uerò eam significarent, quæ totius est, ut à coloribus, hoc dixit, & rursus hoc confirmans in fine intulit. post ablationem

Sulphur incōbustū

Sinopis pontica.

calx uiua

Sori, & calcanthum.

tionem rubiginis; quæ uocatur æruginis expurgatio, tunc iniectis humidis fit firma citrinatio, & uerè viri ingenuitas hic ostensa est. Vide enim quomodo statim coniunxit, cùm distincta rerum explicatione usus esset; cùm dixerit; Quę uerò in liquoribus, hęc sunt. Crocus cilicius, Aristolochia, Flos cnici, flos anagallidis, quę Cyaneum fert florem. Quid hoc amplius dicere, aut referre potuerat, ut nobis persuaderet, quàm per Anagallidis florem loqui? mirum enim mihi uidetur, quòd non solùm Anagallidis, sed etiam floris meminerit. Anagallidis si quidem nomen innuit nobis, ut aquam extraheremus, & ob florem horum animas, idest, spiritus educeremus.

Anagallidis flos quid.

Quòd si hæc non ita se habeant, nihil ē firmi. & frustra infelices iacturam facientes, & in hoc pelagus demersi multos, & ærumnosos labores subeuntes, nullum percipere fructū poterunt. Cur rursus etiam expers inuidiæ philosophus, ac bonus magister subdidit, Rha ponticum? considera naturam uiri inuidia carentem. Rha ipsum dixit, & ut nobis persuaderet, intulit, Ponticum. Quis.n. philosophorum non intelligit, quòd pontus est defluxus à fluminibus undique circumclusus? D. Verè Synesie præuenisti, & hodie animum meum exhilarasti. non enim hæc sunt medicetia. hoc igitur, precor, ut me præterea doceas;

Rha ponticū qd sit.

eas; quam ob rem superius dixit chalcanthum citrinium? hic uerò indefinitè cum uiridi chalcantho intulit. Sy. Sed hæc ò Dioscore flores significant. viridia enim sunt. Quoniam ergo aqua, quæ egreditur eget fixione, statim adiecit, Gummi spinæ, postea subdit, vrinam incorruptam, & aquam calcis uiuę, & aquam cineris brassicæ, & aquam aluminis, & aquam molyndochalci. i. plumbi æris, & aquam arsenici, & aquam chalcanthi. Vide quomodo omnia soluendi, & digerendi uim habentia prius intulit, hoc scilicet nos docens corporum solutionem. D. & rectè dixisti, & quo nam modo in fine dixit, Canis lac? Sy. Vt tibi ostenderet, quòd ex communi omnia sumuntur. Verè Dioscore cogitasti. attende uerò quomodo dicit. Hæc est materia auri conficiendi. quæ nam Materia? quis ignorat omnia hæc esse fugacia, nec enim lac asininum, nec caninum potest cum igne luctari. quoniam lac asini si in aliquo loco per aliquot sufficientes dies reposueris, euanescet. Quid uerò dictum illud est? Hæc sunt, quæ materiam permutant, hæc faciunt, ut res cum igne pugnent, cùm ipsa fugacia sint? Quid item illud uerbum uidetur? Præter hæc nihil est tutũ? vt infelices hęc uera esse sibi persuadeant. sed denuò audi, quid ipse dixerit. Et infert, Si prudens fueris, & fe-

Per uiridia flores significari.


Gummi spinæ.

Canis lac

ceris, ut scriptum est, perindè ac si dixisset, si sapias, ac rectè, ut opus est, cogitaueris, eris beatus, & quid alibi dixit? Vobis prudentibus inquam. oportet igitur nos mentem nostram exercere, nec committere, ut decipiamur, ut egestatis insanabilem morbum euitemus: ne ab ipsa opprimamur, neue in uanam egestatem incurrentes accepto damno miseri efficiamur. exercere igitur, & exacuere mentem debemus. Quam ob rem uerò subdit, iniectionem? non ob id dicit, quę prius relata sunt, sed animi sensus explicat. cæterùm rursus dicit. aliquandò quidem solem ob chryso corallum, aliquandò uerò lunam per solem, aliquandò uerò Venerem per solem. aliquandò Saturnum, uel Iouem per molybdochalcum. Eccè ipse nos ad artis gradus extulit. caueamus igitur, ne uanè ambulantes in fouea ignoratione significationum, quæ sunt apud ipsum, incidamus. magna enim uiro inest sapientia. Nam postquàm ipse ait, Ipsa auri conficiendi materia dicta sit; infert dicens. Agè igitur deinceps etiam auri conficiendi ratione planè doceamus, ut nobis ostenderet duas esse operationes. Quoniam, & argenti conficiendi ratio omnibus prælata est, & antecellit; & sinè ipsa nihil fiet. audi ipsum hic rursus dicentem, Mercurius ab arsenico, uel calcantho, uel cerussa, uel magnesia, uel stimmi

Italico. & superius in auri conficiendi ratione dixit. Mercurius à cinabrio, hic uero ait Mercurius ab arsenico, uel cerussa, & reliqua & quomodo potest cerussa Mercurius fieri? sed non dixit, ut nos Mercurium à cerussa sumeremus, sed corporum dealbationem, hoc est, cōuersionem tangens, hoc dixit. hic enim cuncta alba retulit. ibi uerò citrina: vt rectè nos intelligeremus; vide quomodo appellauit corpus, magnasiæ chrysocollam. hic uerò corpus magnesiæ tantum, uel stimmi Italici. & hæc nobis breuiter dicta sufficiāt. Exercere prius mentem decet, ut naturæ operationes dignoscamus in rebus, quibus Deo fauente studemus, oportet igitur nosse prius rerum species liquefacere, & conflationibus consimiles in unum colorem conuertere, & duos Mercurios in argentum uiuum redigere, & ad putrefactionem separare. Sed ope diuina commentandi initium faciam.

PELAGII PHILOSOPHI DE EADEM MAGNA ARTE.





Maiores nostri, & sapientiæ amatores, & præstanti doctrina philosophi, dixerunt omnem artem sui finis caussa in uita excogitari. vt ars fabris cùm una sit, ob id est, ut faciat solium, uel arcam, uel nauigium ex una subiecta natura, uidelicet ligno. Ergò & ars tingendi ob id excogitata est, ut tincturá quandam, & qualitatem imprimat. quod & artis finis est. ac deniq; sciendum est, rectè à ueteribus tradi. æs non tingit sed tingitur, & cùm tingitur, tingit. ob hanc rem item & omnes scripturæ elaborant, ut æs tingatur. Si enim tingatur, tunc tingit, & si non tingatur, non potest tingere, ut dictum est: ob id iubét æs umbra carens fieri. vt umbra sua abiecta possit suscipere tincturam. vmbrá uerò æris intellige nigredinem ab ipso insitam lunæ, nosti enim æs directum, & iniectum lunæ opacare

In oī arte finem proponi.

Æs tingēdum, ut tingat.

Æs expurgandum.

Vmbra æris qd.

care

care ipsam foris, & intus. hanc ergo nigredinem existentem in luna umbram scriptores uocant; & hanc ob causam oportet præparari æs, donec non amplius possit nigredinem effundere coniectum in corpus lunæ, sic ęs præparari oportet.i. physicum solem, donec nullam nigredinem in argento relinquat. Ideò enim & Democritus dixit. proba æs, si sit sinè umbra. Si enim non sit æs sine unbra, ne accuses æs, sed teipsum. præparatur autem æs per diuinam aquam permistum, & assatum, & ablutum. abluitur autem, inquit, donec prorsus rubigo ipsius abeat. & hic memento philosophorum dicentium. post æris æruginationem, & attenuationem, & nigredinem, & deinceps albedinem tunc erit firma rubedo, sex operationes factas considera. fit igitur rubedo ex diuina aqua. æruginatio in ablutione nigredo, cùm antè ablutionem chrysolithus permiscetur: extenuatio uerò, cùm in chrysolitho conteritur. dealbatio autem cùm in leui lapide simul exiccatur. rubificatio fit, cùm ea, quæ rubificare possunt, coniungantur, & in paruis bouinis stercoribus imponátur. hę sex trásmutationes fiunt in ære, ut tingatur. & si nõ fiat oés, nihil fit. quoniam nisi fiat æs sine umbra flauũ, nihil fit. primùm igitur tinge, & transmuta, & tere æs, & ita p diuinam

Æs p auro narurę.

Æris præparatio

Sex operationes.

 uinam

Diuina aqua. Aerugina tio perfecta. uinam aquam facias perfectam aeruginationem, perfectam aeruginationem intellige deaurationem in fermento. hanc enim etiam innuens senior, dixit: Velut deaurationem faciens facias, qui uerò hoc non facit, nihil agit. cùm uideris perfectam deaurationem in sulphure, tunc existima perfectam aeruginationem fecisse: non solùm in superficie sulphuris efflorescentem; sed etiam in profundo. indicium igitur est incipientis aeruginationis: aeruginatio enim, quae intus est, ipsa est uera aeruginatio, quae & rubigo solis interpretata est, si non fiat ipsa aeruginatio, nihil fit, considera igitur, ut in profundo fiat. sin uerò minus fiat, nec fit aeruginatio, quae etiam citrinatio dicta est potissimum philosopho dicenti. Sumens pyritem praepara, donec citrinus fiat, ubi ille pyritim aes uocat, ob naturam igneam insitam. quoniam sic fieri ipsum oportet, ut perfecta aeruginatio fiat: & ita transeat ad aeruginationem, significat hic rursus, quod antequàm fiat aeruginatio, erit primùm denigratio, & tunc sequetur aeruginatio. Pyrites praepar. Accipiens igitur chrysolithi partem unám, magnesiae, cinabrij partes tres, contere absq; aliquo humore. contere uerò, donec simul coniungantur, & commisceantur substantiae, & nihil amplius sulphuris uiui appareat. fit enim admodum nigrum, ut atramentum, quo scri-

ptores

ptores utuntur. Hoc sine per dies tres, & conİiciens tunc in lauacro, impone ex liquore, qui solet abluere, partes æquales, & ablue, & cernes sulphur percutrens, & quomodò præparatur, & quomodo incombustibilem habet naturam. chalcopyritem uocans plumbum; lapidem Etesinm uerò chrysolithum. ablue donec, inquit, rubigo ipsius egrediatur. & sic abit, nihil ex ære remanente in plumbo. hęc magna purgatio uocatur. hęc simul æruginatio, & denigratio dicitur. denigratio uerò ob temperamenti denigrationem, æruginatio uerò, ob transitum ab ærugine, & ob solutionem. quam etiam ablutionem uocant. hanc igitur accipiens in uasis relinque residere. & exprimens liquorem, exsicca quod subsidet, hoc inuenies, ut atramentum scriptorium. hoc conteras donec fiat citrinum perfectè. hoc conuerte, & infunde Resinę partes quatuor, citrinę ☆ partem unā, plumbi partem unam, & humecta paululùm, donec fiat lutū, & contere, quousque non appareat plumbum. & leua, & ut lutum depone sub sole, & permitte exiccari. irriga paulatim, donec plumbum consumatur, & sine, ut arescat atque hinc considerationem intende. Zosimus autem antiquus ait. Vnum ordinem ego noui, duo uero opera habentem. primùm, ut fimo per resinam. secundò, ut exiccetur hu-

Chalcopyrites. Lapis Etesius. Chrysolitus.

Xanthis Græcè. sed mendum inesse, puto

Zosimus

mor Saturni? sic & nunc facito exiccando, & ita ponas lapidis leuis partem ęqualem, & cóterere cum aceto extracto per alembicum, donec albescat, donec candidum fiat. Vide igitur, ne dealbationis tempore deses sis. negligentia enim accidit, eò, quòd non uidetur illa pulchritudo. quoniam per hanc dealbationem sinè umbra æs fit. omnem suam terrestrem superfluitatem, & crassitiem corporis abiiciens. Si igitur æs dealbatur, spirituale fit, & denique nihil relinquitur, nihil deest, nisi ut siccetur, & dealbetur. Sic considera omnia, quæ fundi queunt, omnia refugiunt, & nihil permanet, præter quam Chrysolitus, & Saturnus, & Etesius lapis, qui uocatur chrysolithus. dulcificans igitur medicinam, & exsiccans, & repone, & medicinam exæqua. chalcanthi partes tres, magnesiæ partē unam, exæqua medicinæ partem unam, contere simul irrigans ad solem cum aceto albo dies sex. & postea exiccans pone in fimo bouino, & sine, ut urantur per dies duos, uel tres, & tollens ab igne inuenies aurum tinctum rubrum, ut sanguinem, hoc ē cinnabari philosophorum, & æs clarum citrinum. hic memento, quomodo dixit senior. Aes clarum factum omne corpus tingit, ob id philosophus ait, quid uobis, & multarū rerū syluę? cùm una sit materia naturalis, & una natura, quę om-

Lapis leuis.

Saturnū non refugere.

Cinnabari philosophorū:

nia

nia superat: & intelligamus per naturalem materiam ipsum solem secundum naturam significare. hic enim sol secundum naturam omnia subiecta corpora uincit, uerbi causa iunctus ferro, aut æri ipsorum superficiem uincit sol secundum naturam apparens. Mamnã lẽ esse aurum.

Tunc igitur per diuinam aquam solutus, & fermentatus, ut fermentum panis, ac deinceps etiam chrysolitho ęquis partibus contrito, & aqua soluta secundum naturam suam perfluxionem, & chrysolitho suscepto cum connexione rei naturalis. Zosimus, Naturalis sol inquit, spiritualis factus per chrysolithum secundum naturam tingit, & quod etiam argentum si dissoluamus per aquam, & spiritua le faciamus per chrysolithum ęs tingit album hoc enim & aliis uerbis dixit. Duæ enim tincturæ nulla alia re inter se differunt, nisi colore tantum. hoc est unam quidem, eandemq; pręparationem habent, qua, & per diuinam aquam prius conteruntur, postea uero per chrysolithum spiritualis medicina fiunt. Fermẽtũ. Argentĩ solutio. Duæ tincturæ quo differant.

Differunt uero colore, quoniam unũ quodq; ipsorum secundum propriam naturam tingit, sol quidem solem, luna uerò lunam, non audis antiquissimum philosophum dicentẽ? Qui seminat frumentum, frumentum generat, & metit, & sol solem producit, & luna lunam generat. ob id, & sic senior dixit. Ex auro & argento elixir confici. Ex similibus simi-

Vta-

Vtamur naturalibus, sciendum uerò est, aurū quidem naturaliter tingere: non autem prius quam ipsum aquæ beneficio soluatur, & postea per chrysolithum spiritus fiat. secundum naturam enim & solidum corpus uocatum, opus est prius dissolui, & postea spiritum fieri. & ita omne naturæ corpus tingit. alia enim duo suapte natura fugacia, & combustibilia in igne absumuntur, unde senior Zosimus dixit. Quoniam enim idem mysterium est solis tincturæ, cum corpora sint, spiritus fiunt, ut in tincturis spiritualiter tingant, & non inferant receptaculum: cùm enim solida sint, non possunt tingere, nisi prius extenuentur, & in spiritum redigantur. Extenuat uerò ipsa primùm aqua diuina: in spiritum uerò redigit postea chrysolithus. Notemus igitur, quòd cùm duæ sint tincturę secundum duorum corporum proprietatem alia in medio sunt tincturam suscipientia, & impertientia, suscipientia quidem ea, quæ soluunt, & in spiritum redigunt, impertientia uerò, quæ ipsa per fornacem soluunt. Et denique obseruandum est, quòd quemadmodum intinctus sol, uel luna, uel Mars, uel Venus, non retinet tincturam, nisi liquoribus prius irrigetur: quin etiam ipsa medicina, quę potest alia irrigare in liquore irrigetur, ut ad tingen-

Ita fieri.

Corpora esse soluēda.

Aquā diuinā corpora solvere.

Chrysolito uerti corpora i spiritus.

di

di uim tincturæ dispertiens, & immergens in profundum, adstringat, & contineat ibi in profundo corporis soluta medicina. ob id natura natura gaudet, &c, censidera enim hęc, & in corpore sumpta, & in diuina aqua, & in chrysolitho, & in liquoribus adstringentibus, An non gaudet natura aquę alta, & densata, & aucta? an non gaudet, & splendescit es, cùm opacum, & minus splendescens natura sit, delectabili, & nitidissima aquæ natura? an non uincitur natura crassioris, & terrestioris corporis à natura chrysolithi existente spirituali, & aerea? An non uincitur adstringentibus liquoribus, ut inunctus solet luna in Marte, uel Venere. Hęc omnibus communiter fateri necesse est. inunctus sol, aut luna non retinet. cùm uerò adstringatur, & deinceps inungatur, tunc ipsius adstringentis uirtutem retinet. sed diceret quispiam hęc secum, si sol, aut luna uelut duo tincturarum efficientia fiunt medicinę, quomodo consequetur rubigo, & æruginatio, & attenuatio, & denigratio: deinde sic postea dealbatio, ac tandem firma citrinatio, & quę antea scripta sunt? & respondemus, omnia hęc sequi uirtute, secundum utrorumque scripturas. Quoniam enim dictum est, quòd rubigo uocatur dissolutio facta in diuina aqua, uirtute

Obiectio

Respõsio

con-

consequitur in aqua, & æruginatio, & extenuatio, & denigratio, & dealbatio. vbi uerò posteà firma sequitur citrinatio, non solùm uirtute, sed etiam operatione cuncta consequuntur, antequam sol fiat albus, deinceps uerò firma citrinatio, donec spiritualis omninò perficiatur, & subintelligatur. Et rursus rectè ait philosophus di-" cens: ò naturæ cœlestes, naturæ creatrices, creationis enim instar sunt duorum sulphurum naturæ, & secundum humiditatem temperamenti, & secundum sicoitatem substantiæ terrestres corporum naturas spirituales, & tingendi uim habentes effecerunt: Cœlestes enim horum sulphurum naturę non interpretatur, ut quæ possint attoli. ob id deinceps ait. nihil relinqui-" tur; nihil deest, nisi nebulæ, & aquæ eleuatio? perinde ac si dixisset. nihil aliud est, quod expectatur, nisi ut uentuletur corpus, ut nubes aquæ. ut ab eo rursus aqua extrahatur, & eccè totum est in uno elemento. ἀρσις uerò interpretatur leuatio, cum sublimatur, & eleuatur aquæ aspergo ex corporis connexione. in commixtione uerò facienda mortario, & ligula contenti simus in duabus tincturis: in ęre uerò, obseruatione eius, qui plantandi studio tenetur. patet ergò de hoc loquutum esse *Zosimum*

Sulphura duo natu tę instar.

Zosimus.

mũm dicentem; Arborem excultam, plantam irrigatam, & aquarum ubertate corruptam, & aeris humore, & caliditate auctam flores proferre, & magna dulcedine, & qualitate naturę fructus edere. »

STEPHANI ALEXANDRINI Oecumenici Philosophi, & Magistri Magnę huius Artis Auri conficiendi, Actio prima,

DOMINICO PIZIMENTIO INTERPRETE,



Eum omnium bonorũ causam, cunctorumq; Regem, & unigenam filium eius, qui antè secula emicuit, unà cum sancto spiritu laude prosecuti, precatique ut suæ cognitionis nostræ menti lumen præferat, pertractationis huius operis, quod præ manibus habemus, pulcherrima carpere incepimus, & certa scrutari credidimus. Nunc autem ex uera naturali contemplatione habenda quæstio est. ò Natura supra naturam, quæ naturas superas, ò natura, quæ supra ipsam naturam existis, bene disposita, extollens, excedensq; naturas, ò natura una, atq;

Ex Platonis pcepto in Timæo diuinam opem initio semp implorat

Naturæ laudes exclamatione pdicat

utq; eadem ex te ipsa totum ferens; ac perficiens. ò unio multorum numero comprehensa. ò seiunctio iuncta. ò ipsa & non alia natura, ex te ipsa totum seruans, ò materia & materia carens, quæ materiam contines. ò natura naturam uincens, & oblectans. ò natura cœlestis spirabilem substantiam clarè ostendens. ò corpus corporis expers: quæ corpora non corpora reddis. ò lunę percursatio omne ornamentum illustrans. ò generalissima species, & specialissimum genus. ò natura uerè supra naturam uincens naturas. QVAE nam natura, dic quæso, est, quæ ex se ipsa hanc proprie rursus extrahat? quæ sulphur incombustibile, atque igni pugnans ferat? quæ sit multiuoca idea, & multiformis appellatio. prudens natura, & explicatio. Discolor efflorescens Iris. totum ex se ipsa detegens. ò natura ipsa, & non ex alia naturam manifestans. ò simile ex simili omogeneum ostendens. Mare oceanum uersa colores margaritas ferens. ò quatuor corporum iunctio in plano decorem ostentans. ò triplicis Trinitatis inscriptio, & uniuersalis sigilli appendix. ò Magnesię corpus: per quod totum inducitur magisterium. ò auri fluens cœlestis fons. ò argenti fluens ex mari emissus spiritus. ò argenteam habens tunicam, & auream gerens cęsariem

Nota quatuor corporũ iunctionem.

o pru-

ô prudentissimorum ingeniorum pulchra exercitatio. ô diuinissimorum hominum sapiens omnium rerum operatio. ô improborum hominum inuestigabile pelagus. ô ambitiosorum hominum pręaccepta imprudentia. ô superborum mortalium exhalata accensio: ô piorum uirorum manifesta tactio. ô proborum conspicua uisio. ô dulce spirans flos philosophorum, qui in rerum actione uersantur. ô absoluta, & uniformis exploratio. ô sapientiæ opus pulchritudinem ex mente compositam ferens. ô totum ex una substantia tantum splendorem effundens. ô luna ex solari lumine lumen sumens. ô una, eademq; natura, & non alia, naturas oblectans, & oblectata retinens, & retenta, seruata, & seruans. quid uobis est cum rerum multitudine? Cùm una naturalis res sit, & una natura, quę omnia superat? Quem nam? dicito; quę sit uobis prudentibus expono, magnũ hoc donũ, uirtute pditis, & contẽplatiua actione ornatis, & actiua speculatione innixis. Quę sic hęc referas, cùm tale nobis donũ fore pnũtiatis. quę sit expono, nec celabo. cõfiteor gratiã luminis, qđ cœlitus nobis effulsit q̃ gratia nobis à patre luminũ largita est. Audite, ut mentes angelis pares dimittite materialẽ speculationem, ut uestræ mentis oculis occultum mysterium cernere ualeatis. una enim

VNAM rem esse.

re naturali opus est, & una natura omnia superãte. De hac igitur manifestè à nobis dictũ fuit. Quòd NATVRA NATVRAM OBLECTAT, ET NATVRA NATVRAM RETINET, ET NATVRA NATVRAM VINCIT. Delectatur quidem re propriæ naturæ existente. Retinet autem rem, quæ cum ipsa cognationem habet. Vincit uerò naturam supra naturam: ubi absoluerit artis igni corporeum mysterium. ubi mortale corpus, immortale reddiderit, ubi spirabilem perfectionem commutarit. tunc supra naturam ut spiritus admirationem concitabit. tunc retinet corpus lubricum. tunc ut proprium receptaculum oblectat. tunc uincit sine corpore conscendens eiusdem naturæ penitus effectum, supra naturam admirationẽ concitans. Quid dicam de te Magnesia, quæ corpora circumplecteris? Quis non admirabitur Chrysocorallum à te perfectum? ex te enim perficitur totum magisterium. Tu sola bono nos animo esse iubes, quòd possimus huius rei cognitionem consequi. in te explicata est ipsa similis enitens nebula conuiuam in te fers multiformem Veneris imaginem. pincernam uerò rursus ministrum igniuomum, cæsariem flauam gestantem. Tantam igitur lucem afferens uerecunde ex more spõsæ te ipsam circumtegis. Sanctumq; naturæ

Magnesiæ laus.

Chryso corallus.

myste-

mysterium suscipis. Ostendam postmodum etiam tuæ formæ splendorem. incipiam multiformes imagines enarrare. tunc enim te aliquis ante mentis oculos subiiciens igneam flammam accendit. cùm enim tuam speciem considero, eius pulchritudinem percurrens non queo pro dignitate satis admirari. tua enim fulgens margarita mihi oculos hebetat, tuus splēdor accensus totam oculorum meorum aciem perstringit. tuus nitor emicās cor meum totum exhilarat. ò Natura uerè supra naturam naturas uincens. tu totum es una natura. eademq; es, per quam etiam omne opus fit. superfluo enim numero totus tuus ornatus artificiosè declaratur. Tunc enim cognosceris in quibus expectata es. Tunc detegeris, in quibus ambiris. tunc seditionis certamina sedas. tunc explicas Regiam uestem purpuream: quam & tuæ ancillæ fers ministerio. Tunc non recens labor adest, sed aureis laquearibus thalamus. tunc non multiplex aptitudo, sed omnifaria sapientia cumulata sagacitas. tunc non priuatio studiosorum uirorum reperitur, sed perfectorum uirorum fruitio demonstratur. Huiusmodi enim est in superfluo numero inuentus terminus. sic te agnoscent homines uirtute prædi- ti. Audite sapientiæ amatores, & scietis magnalia omnipotentis Dei. ipse enim est omnis

Auersio sermonis ad sapien

nis sapientiæ largitor, lumen domorum inaccessibile lumē, quod illuminat omnem hominum uenientem in hunc mūdum. nihil enim sumus sine ipsius diuino imperio. Nihil omnino est hoc donum, quod quærimus ad illius beatitudinem. Accedite ò uirtutis amatores ad illud desiderium immateriale. discite quàm dulce est lumen Dei. non digna sunt, quæ nunc admiramur ad beatam illam cessationem. tantùm ipsi similes fiamus per amorem, & capiamus ab eo ex abysso abyssum manantem sapientiam, ut possimus Domini nostri IESV CHRISTI beneficentia aquę uiuæ fluuios aperire, ut admirati tantam ipsius conditoris sapientiam, eius in nos clementiá laudemus. Quid mirari oportet chrysocoralli speciem? admirari potius debemus incircumscriptam pulchritudinem. uestrum tamen desiderium explebo, ut digni sitis ob tantum beneficium cum laude Dei bonitatem, quę supra omnem bonitatem est, contēplari.

EIVSDEM STEPHANI DEO, FAVENTE,

Actio secunda,

NVmerorum multitudo composita ex una indiuidua, & naturali unitate con-

stat

stat. cùm ipsa mutuam habitudinem infinitam producat, tamquam ex seipsa manantem complectitur, ac retinet. μονὰς enim Græcæ dicta est Unitas διὰ τὸ μένειν ἄτρεπτον, idest, quoniam ipsa immutabilis, & stabilis manet. nam circularem, & sphæricam numerorum contemplationem sui ostendit, terminationem quinque, & sex numerorum, inquam. ex illis enim in se ipsos reuoluuntur, & omnis quadrangularis costa ex proprio iudicio, quo cognoscimus facta cum simili cognationem habet, ut absolutam constituat perfectionem, atque omnium figurarum, & partium sexagesima ex ipsa ortum ducens, & reuertens, rursus in ipsam contracta naturalem unitatem absoluit, omnis uerò orbiculatæ sphæræ signum est centrum. Item de omni triangulo, & plano, & solida figura per lineas posita hoc idem existimetur. & musicæ facultatis, chorda acuti soni Nete dicta, & ea, quæ parypate appellatur, hæc quidem in quadrupla, illa uero in tripla proportione, & quod præcedit, prologus est, quod uerò subsequitur, hypologus. propterea huiusmodi proportionem connexiones, & ipsorum Diapason Symphoniæ ex tam magna ipsorum musica facultate seruamus. Orpheum enim tradũt numerosos sonos accomodasse,

Vnde & symphonia concors motionis ipsorum modulatè canens efformatur, & exauditur. uno enim instrumento hæc omnia fiunt. qua propter, & articulatam corporis fabricam ita constructam, & ossibus,& articulis, & partibus, & neruis per plectrum effuso aere instar mouentis instrumenti uocem effundere. quæ cuncta una substantia innixa ipsius ui retinetur, atque consistunt. eodem modo se habet aeris temperatio. duarum enim extremarum qualitatum unus mediator,& conciliator inuenitur, quæ illorum utraq; seruat; ob propinquitatem, magnamq́, affinitatem, quam cum ipsis habet. nec non huius circularis,& stabilis poli motus ex hemisphærio supra terram à polo diuidente mundanū hunc & diaphanum,& radius solaris lucis, quæ his omnibus lumen ministrat, enitet. ob ipsum enim non solum stellæ in luminum numero referuntur, sed etiam lunæ superficies ex solis lumine splendorem sumens emicat totius noctis uicem subiens. & posses omnia huiusmodi simpliciter dicere eximo ipsorum, ac supremo substantiam suscipientia naturæ ordinem seruare,& aspectu planè sentiri. sed iam tempus esset, ut consideraremus disceptationem omissam in progressu proemij, & quomodo lunaris fluxionis lapsus inuenitur quomodo gubernatur. & quomodo naturam

habeat

habeat talem, quæ auribus usurpetur. ò doctrinæ sapientia, quæ huius præparationis opus significas. ò albis inducta uestibus luna, uigenti candore nitens. Discamus quid sit ipse lunaris candor, ne id quod in dubio positũ est, ignoremus. est autem ipsa nix albescens, præclarus candoris oculus, nuptialis œconomiæ stola. æterna pulchritudinis uestis, perfectionis pulchritudo mente concepta. candidissima perfectionis compositio. lac maris coagulatum. Aphroselinum orientis; Magnesia lydiæ. Italicum stibium. Achaiæ Pyrites, ex Albania, egregia operatio multiplici nomine signata. Quæ totum fers. quæ, cùm unum sis, cuncta ducis. quæ admirabile opus perficis. Quid uerò sit huius fluxio, non occultabo. sed quæsitam pulchritudinem clarè ostendã. EST igitur ipsius fluxio, mysterium, quod in ipsa latitat. valde preciosa margarita. Flammifer splendor uestis auro contexta, ex aureo liquore confectum nutrimentum: aureus nitor. victor bellator. Regium indumentum, uera purpura. ualde preciosum stemma. sulphur ignem non expertum. se per corpora insinuans. flaua tota species. occultus thesaurus, uariam habens lunam. qui in ipsa luna uidendi sensu percipitur. albus quidem si consideretur: sed flauus si cognoscatur. lunæ sponsus aurea gutta ex illa manans. gloriosa flu-

Lunæ cõdoris nomina.

xio ab illa proficiſcens : immutabilis connexio . indeficiens circuitio . diuinitus data operatio . admirabilis chryſopœia ; & ne hanc prætergrediar , ad propoſitum ſermonem redeo. POST AERIS EXPVRGATIONEM, ET ATTENVATIONEM, ET NIGREDINEM, DEINDE ALBEDINEM TVNC ERIT STABILIS CITRINATIO. O ſapientiæ opus ſupra naturam admirabile. ò uberem gratiam perpetuò manantem, inuidiæ immunis eſt uir ſapientiſſimus ; & apertè rem explicat . poſt æris expurgationem ; attenuationem , & nigredinem, tunc erit firma citrinitas. QVID inquis philoſophe, poſt ęris expurgationem? quę nam hæc eſt? dic, explica nobis operationis arcana. POST AERIS EXPVRGATIONEM , & quomodo nos poſſumus æs ab ærugine mundare , cum nihil aliud , quàm æruginem ferat? quomó? Ego uobis certam ſermonis ſententiā explicabo. per nebulā ambulantē Venerem. nam poſt ęris expurgationem, ideſt, poſt egregie factam contritionem, & benè pręeuntem circumſpectionē, poſt æris expurgationem, & attenuationē, hoc ē, ſat tenuem attritionis diſpoſitionē, ꝑterea poſt illatam nigredinem, quæ hæc conſequitur, deinde albedinem, tunc erit ſtabilis citrinatio. Cùm .n. ſordis nigredinē expuerit in magnam albedinem transfertur, tunc luna

Æris expurgatio quid?

Nigredo Albedo Citrinitas

nitentibus radiis micat. tunc tandem in albedinem peruectum est, cùm albam compositionem aspexeris. cùm enim propè lunam accessisse uidebitur, tunc plenus ipsius orbis lumen significat. tunc firma est, citrinatio. quae nam hęc est? dicito. Est ęquae alba apparet. Et quomodo album flauum perficis? ô sapientissimi uiri humanae mentis captum excedit. hac arcana est interrogatio; mystica oratio, & sideratio. Ego referam mysterium arcanũ, quemadmodum superius uobis praedictum est. POST AERIS EXPVRGATIONEM, ET ATTENVATIONEM, ET NIGREDINEM, DEINDE ALBEDINEM, TVNC ERIT STABILIS CITRINATIO. Cùm videris existentem albedinem intus in ipsa, cognosce latitatem citrinationis. tunc citrinam albedinem existentem cognosce: tunc etiam alba existens citrinat ob citrinationem in ipsa abditam. ideò quòd ima cordis ipsius peruadit. ideò quòd corpori insitum habet lunę candorem, citrinationem in ipsa inexplicabilem. TVNC STABILIS ERIT CITRINATIO. Quae? quę facta est alba, ipsa est citrina. ipsa quidem colore alba apparet, eius uerò natura est citrina. NIHIL OMISSVM EST NIHIL DEEST PRAETERQVAM NEBVLAE, ET AQVAE ELEVATIO.

considera antiquissimum uirum. non uides quid sapiens ostenderit? sic innuit, ut perfe ctè, sic ostendit, ut interpres totum arcanum demonstrat, NIHIL inquiens OMISSVM EST, NIHIL DEEST, PRAETERQVAM NEBVLAE ET AQVAE ELEVATIO. ostendit in hoc totius præparationem breuibus omnia perstringens. ne ea capiant, quæ rerum multitudinem requirunt. ne Ciliciæ crocum, ne anagallidis herbam, aut Rhaponticum, neue alios succos, & fella quadrupedũ & reptilia quædam, lapidesq; & metalla corruptibilia cogitent. quæ perficientis, singularis, & unicæ naturæ dissimilia sunt. ne homines aberrantes à ueritate declinent. neue in naturali subsistentia non existentem rationem animo cogitent. Quid tum præstantissimus vir, & omnium uirtutum magister ducit, & trahit ipsos ad ueritatis scopum, ne, ut dixi, materialibus caminis, & vitreis instrumentis, alambicis, uasis quibusdam, cucurbitulis leuioris flammæ, & fuliginibus, & id genus rebus aliis incumbentes in cassum ipsis labor suscipiatur. sed uide quomodo in sermone tuo omnia absoluit. NIHIL OMISSVM EST, NIHIL DEEST PRAETERQVAM NEBVLAE, ET AQVAE ELEVATIO.

Vegetabilia, aïalia, & metalla corruptibilia excludenda.

§ Quæ nebula? dicito. quæ nebula est, quid ue id, quod ex ea conficitur? ostende nobis

Nebula quid sit?

clarissime, ut uerborum uim intelligamus. Ad hæc philosophus. NEBVLA est totius compositionis opus. per diuinam aquam bene fulgens. Nebula est, quæ insitam actionem facit, quæ rectè apparet, & mente comprehenditur. operationis explicatio: plana superficies. argento emptum stamen: Nardus Celtica. Atlanticum pelagus. Britannicum metallum. Oceanus, mundi corona infinitus abyssus. circularis creatura. cęleste corpus, quę totum continet, & circumplectitur ipsam incertam formam. desiderata speculatio: quæsitũ spectaculum. unum, totum. & totum unum, sacra omnis preciosi operis dealbatio. tota præparatio. sapiens, opus. perfectionis conclusio. quod attritum, & bene gubernatum, quod perfecte absolutum est. Nihil enim deest pręterquam nebulæ, & aquæ sublatio. cùm clarè nebulæ modum exposuerim, sermonẽ meum ad aquę sublationem transferã. Quid ergo est id, quod infertur? quęue est hęc aquæ sublatio? dic ò præceptor. exple tuę gratiæ dona. exacue nostrę mentis hebetes oculos. declara articulatam sermonis structuram. quæ nam est aquæ sublatio? Et hac de re nequaquam reticuit. Dixit enim pulchritudo, quę misceri nequit, materiam non admittit. Natura materię expers simplex quidem est, & composita. hoc enim bonum, cui mille nomina

Nebulæ uaria nomina.

Trãsitus.

AQVA sublatio quid?

nomina indita sunt, cum unius naturę sit, in se ipsam contrahitur. ipso uno nitore conquiescit. humores autem humidam materiã reddentes non adhibet. unam uero fluxionũ iniectionem eligit. aquarum fluxiones reiicit, quomodo enim eius motionem uidere possemus, si has ita non excuteret? Non potest quispiam ipsa expleri, nisi prius ab ipsa superfluitates aquę tollat, oportet igitur ipsam in aquas natantem non sinere humidã esse, ne se ab aspectu nostro subtrahat, neue euanescat. Quid ita? humidæ naturę cum pusillo humore cohęrent, sed remoueamus ab ipsa aquarum complexionem, ut unitam ipsius pulchritudinis speciem uideamus.

AQVA, quomodo aboleatur?

Quomodo igitur aquę sublationem faciemus? quomodo ex aquæ participatione remouebimus? quomodo ipsam eliciemus, ut facile aquę sublatio fiat? solida armatura, & fortitudine est opus. quis ad hoc sufficiens est? quis, qui possit inundantem aquarum concursionem remouere? quis ita idoneus ad resistendum inuenitur? quis aptus ad ministerium? inuenta rei purgatio est, ut manifestè nebulę pulchritudinem uideremus. hęc est per sulphur artificiosa assatio. quemadmodum enim uehemens per aquam abluuo, sic etiam per sulphur totius fit expurgatio. diuinis nanque aquis abluentes nunc, &

Ablutio fit p aquã

Expurgatio fit per sulphur.

bene

bene rem dirigentes, rursus per ignem, & sulphur expurgabimus; ut lunę corpus detegatur. ut uideamus nebulam sub solis fastigio suspensam. O sapientię Dei inexplicabilia mysteria. ò pręciosa dona Domini amatoribus concessa. ò profunditas diuitiarum, & sapientię, & mysteriorũ cognitionis. si hęc pręsentia mira, & ingentia uidentur, qualia erunt sempiterna? quę nemo potest explicare. si materiale opus, nescio quo pacto, tale nobis uidetur, qualia erunt immortalia bona, & inuestigabilis pulchritudo, quę nemo intueri potest. Laudo, & ueneror, & glorifico te Trinitas super substantialis, quæ bonitatem omnem, quęue omnem diuinitatem superas. Quis admirabilia tua pro dignitate laudibus prosequi potest? Quàm magnificata sunt opera tua Domine? sapienter oĩa fecisti.

Exclamatio qua Dei potẽtiam laudat.

EIVSDEM STEPHANI EPISTOLA Ad Theodorum.

DE agro scito multos in eo colonos inutiles esse, ac nisi hos extruseris, non posse inde fructus percipere. sunt uerò qui circa Claudianum, & alios simul omnes uersantur fratres sex numero. sed pręter duos nemo est, qui utilitatem afferat. Et

Per sex fratres sex metalla intelligẽdum.

leucar-

lęuçargenus tota est inutilis. serpentem enim quendam habet ager. qui suo flatu locum exurit: ubi & homines languent. ego uero ipsum, nec non uarias ipsius corporis maculas prospexi. & principium quidem caudæ ipsius erat, alba, ut lac. aluus uerò, deorsum crocea, & caput ex nigro uirens. oportet te in tres partes agrum dispescere, quatuor fratres sint pars una, lapis magnus pars altera. sic enim conantur ueteres de agro facere, ut inuenerunt. sic facit Magistrianus Theodorus, & Iacobus Cabidarius præceptores. Vera est fuligo quædam humida, & fuligo quædam sicca, & humida quidem fuligo elicitur per alambicca habentia papillas, at uapor siccus per ollam, & operculum æreum, ut à cinnabari uapor albus. si igitur uaporem siccum irrigaueris humido uapore, diuinum opus efficies. scito uerò quòd omnes substantiæ, & metalla, etiam uapores sunt, immò uerò fiũt, ipsi enim irrigati fiunt uapores humidi. Scythica Comaris, quæ permista est cum nouo uapore omnia perficit. & aliud est uerbosa Alchymia, aliud uerò arcana, & abdita. & uerbosa sermonum multitudine continetur, sed mystica mundi creationis ratione progreditur. ut in Deum intuens, & à Deo creatus homo ob rectam operationem, & theologicos, mysticosq; sermones addiscat.

Eiusdem

EIVSDEM STEPHANI DE MA-
teriali Mundo Deo fauente,
Actio tertia.

QVemadmodum mundus informatur, & in ipso diuinæ particulæ expurgatæ reuolant, quæ plane planiores ducuntur (methodus enim mysticæ alchimiæ cęli figuræ sunt) ad quarum normam hæc diriguntur. sic etiam corpora metallica, & transmutata à contraria natura, ratione quadam fiunt plana, & aeria semen satum in terra lunę etiam perficit solem. idq; ob diuinam operationem præstat cinis, & cadmia, & cinis abiegnorum lignorum, & sulphurea ita in cinerem uersa. Diuinum opus item, & diuina aqua illibata cum suo cinere ad regenerationem faciunt. licet igitur multa cogitanti uidere, cinerem, qui plura facit opera, tinctoria potissimum, si calx, uel asbestos, uel gypsū, uel fex dicta, & argenti spuma, & alia huiusmodi generis combusta, & in cinerem album uersa sint, mira polliceri, & ad medicinas, & tincturas omnes, uel ipsius etiam uitri, uel marmoris faciendas; & ne quia rudis, & inexpertus es, reformides, audi Mercurium dicentem. SI VIDERIS ONMIA CINEREM FACTA EXISTIMA RECTE PARATA FVISSE. cinis enim uim magnam ha-

bat

bet, multumq; operatur. NAM uelut ligna cinerem facientia incombustibilia fiunt, hoc est iam torrefacta, & in cinerem uersa, & chrysozomio admista non amplius iucenduntur, sed ad omnes tincturas operantur usque ad opera, & marmoris, & uitri, & lapidum, & lignorum, & pellium, & omnium liquabilium etiam corporum, & in ci nerem cenuersa multa, & diuina opera, coloresq; uarios efficiunt, quęcunq; ex Saturno, & quæcunq; ex lithargyrio, & arena in cinerem uertuntur, & foras naturam rursus in lucem extrahunt. tum perse operátia, tum uerò potentiam ob aliam sociationis operationem ostendentia. Et quęcunq; posset quispiam proferre ex iis, quæ in cinerem uertũtur, ad medicinæ peritum spectabunt. Quęcunq; uerò iterum generantur, sub bene prudentem artem cadunt. maximeq́; ostendunt ij, qui cinerem uenalium herbarum cum simili simul coquũt, & corporum, & uitrorum cineres cum simili simul conflant, timendum non esse in his corporibus combustis, atque in cinerem uersis, denuo namq, in quandam uirtutem, & operationem reuertuntur: cum eorum natura mundum uniuersum, & ipsa elementa imitetur. Vnde rursus generantur, habentq́; cuiusdam spiritus participationem, uelut rerum, quæ materiali spiritu fiunt.

fie

Sic etiam ęs, ut homo, & animam, & spiritum habet. hęc enim facilia corpora, atq; metallica, postquam in cinerem uersa sunt, in igne existentia resumunt spiritum, igne ipsis spiritum suppeditante. quem abaere hęc omnia faciente hauriunt, Quemadmodū quoq; homines, atque omnia inde uitalem spiritum, ac animam sumunt. Et liquescentia corpora, metallicarum rerum ratione quadā, spiritum sumunt, cognato igni uelut superinducta. Omnia uerò simul elementa & generantur, & corrumpuntur, & mutantur, & ab alio in aliud conuertuntur. sic ēt ęs ustum, & rursus in corpus oleo rosaceo redactū, & extensum, ac non semel hoc patiens, auro præstātius, nigredinis expers fit. hoc uerò trifariā sumendū est, & ad non tinctum, & tinctū, & tingens. Etenim tincturę causa in corpus redigitur, siue diuina, siue medica ratione. & in eo, quod tingitur, hoc existimato esse reductionem, ut cùm ex puluere, & cinere ad tingendi operationē trahimus operationē, q̄ est in potentia, quæue per operationem fit. sunt enim quędam, quę conuertuntur. hoc autem dixit, quoniam tutia uerę tuę artis comburitur. & ignem refugit, sed ab igne patitur, & ipsum pertransiens non simul cōfunditur, & assationes iniectionum, quę in Aegypto fieri solent se se insinuant. & pharmacū nō admi

scetur

tur tincturæ. quemaemodum dixit per spicas magister, & philosophus, & interpres; quoniam quemadmodum funda præter labens aliquem uulneraret (prçteruolat autem ui con iicientis impulsa) sic igitur oppositæ rei ictus pergit, sed habens habet quicunq;, si tamen uerè pergit. eundem in modum & cinis ipse percurrit, & indeficienter tingit, ac perpetuá facit tincturæ causam. uel pharmacum in cognatum ignem, atque aerem dissoluitur. tanquam ad sinus parentum fugiens, & exustũ. deinceps alios uobis sermones comparaui, in quibus multò plura conscribam. Hoc Aes omnia patiens magis assatum fit lapis æthesius colore; ut quidam coruscans æthesius. postquam igitur assatur, extinguitur diuino more, quem diuinam aquam appellant, ac dissolutum oleum. & uini crassitudinem suscipit. ac ibi manens per quadraginta dies leni calore in uase uapores non transmittente, materia postmodum putrefacta mysterium aquç diuinæ illibatum id quod quæritur, perficit. atque id est lapis, qui hæc facit. Nam quemadmodum nos cum quatuor potentias habeamus attractricem, retentricem, alteratricem, & expultricem, tunc aquam sulphuris illibatam facimus. sanguis omnia tingens uelut p instrumentum hepar subiectum uentri, & corporis ipsum ambiens fouet, & calefacit, &

Putrefactio lapidis cum Mercurio

omnia

omnia duo sulphura. lac uerò ex sanguine fa-
ctum in iocinore, flauescit plus à uiuis plan-
tis, & hoc rursus syncerum opus in renibus
defecatum semen, & regenerationem facit,
ut ars etiam post alborum, & citrinorum fa-
cit compositionem, quæ in paucis est boum
stercoribus, hoc est, artis defecationes, & rege
nerationis semen, ut paruo post tempore qd
quæritur conficiatur, figura, & colore, & ma-
gnitudine, atque hoc pacto se ars habet. ibi
enim per elementa utique ipsa quæsitum fœ-
minæ, & maris prosilit: & perficitur id, quod
genitum est. conserua igitur etiam in arte
ignem, & spiritus non permanentis eruptio-
nem (vbi et errores committuntur, tentatio
nes) frigiditatem fœmineam, segnem, fugę
desiderio furentem, lasciuientemq;, & illiba-
tam. Et uterus, in quo masculus cubat, omni
bus desideratus, cùm celerius faciat, quod est
lætitiæ, & amoris Venereum symbolum, uide
licet exultatio; propterea & qui aurariam fa
ciunt intelligentes quod dicunt, propterea
inquiunt riserunt, & tunc utuntur illis Ae-
gyptiorum iniectionibus, quas contemnen
das esse, lapis æthesius præparatus facit, quæ-
cunque etiam nos. nec mireris, si ex multis la
pillis, & diuersis speciebus unus lapis fiat, ac
dicatur, an non uides eos, qui musam colunt,
& pulchras statuas, & animalia, & mira,

Lullus in codicillo 149. in cap. Quid sit materia lapidis.

Vnum lapidē ex multis, ac diuersis fieri.

& colores tractant, ex multis speciebus vnum lapidem conflare ? potissimum uerò per Saturnum, & æris speciem factum, ut & sculptura non egeat. & quæcunque hi lapides preciosi: ex multis lapidibus unum lapidem faciunt, quem etherium uocant. Ob id ethesiis parare tincturam, coquentes, & extinguentes solutam aquam, ut dixi, ac putrefacientes, faciunt aquam hanc diuinam illibatam, quæ est à solo sulphure : hic est lapis etesius. cum his omnibus nominibus appellatur, hic est porphyrites, i. lapis purpureus, qui in purpureo metallò inuenitur : per stannum colore purpureus, Macedonicus, & si quid aliud dicitur, aut scribitur, uel significatur in diuinis, & allegoricis scriptis. Quamobrē si quid significant scripta, ea de multis allegoricè loquūtur. hic est etesius qui est apud Hermetē, diuersi color, qui in clauicula datus est ad singulos colores præparatus, & cum ęre colligatus, & cum oleo raphani reductus. hic beatos reddidit Aegypti studiosos, eorumq; prophetas. atque hæc quidem, de rebus in cinerem uersis, et quæ incombustibile opus faciunt.

Lapidis uaria nomina.

Quòd uerò ad contritionem spectat, quæ in operibus fit (maximè enim hæc omnia facere consueuit) cinerem faciunt uariè, postquam dealbata est alba compositio, primùm solo, & rore, salsugine maris, uel urina, uel acida

muria multos dies exiccantes solis potentia, & lapidum continuis attritionibus. conterunt æruginem argento uiuo, ut ebibatur ab elixire, & conterentes coquunt sole irrigātes uase per diem, & exiccantes conterunt rursus & humectant. denuo siccantes sumunt oxymel, & in coquunt per dies tres. Et tolerant uiuentes, & seruant. teruntq; iterum, & dedu cunt in uini, uel olei crassitudinem, & putre faciunt lenissimo igne per quadraginta dies. & terunt. capientesq; argyrozomiuin, & sul phur cum lauris, & cunctis aliis coquunt, & iniiciunt æs æruginatum uitro claro, & nitro, & misy.

EIVSDEM STEPHANI IN ID, QVOD ad operationem facit, diuina bene ficentia, Actio quarta.

OMne donum bonum, ac perfectum munus à cœlo manat à patre luminū. Inuocemus igitur paternum lumen, quod ex tat. Verum luminis splendorem illuminātem hominem uenientem in hunc mundum. Ipse .n. est lumen, & ueritas, & uita præcipuū Dei uerbum, sapientia, & uirtus. Omnisator, & ineffabilis Dei sapientia, uinū patris uerbum. Deus existēs, & iuxta Deū cōtinuo assistēs. Ille, per quē oīa facta sūt, qui lumē fidelibus p-

bet ad rerum cognitionem, & ad laudandum magnalia omnipotentis Dei. Ipse enim est dator, & saluator mundi, ipse suo lumine illustrabit mentem, & corda nostra: & accendet nobis lampada ostendentem nobis inexplicabilia suæ cognitionis, & sapientiæ profunda ad ueram, & certam cognitionem, ut cognoscamus solum uiuentem Deum nostrum, sanctam, & consubstantialem trinitatem, & uitæ datorem patrem, & filium, & spiritum sanctum, nunc, & semper, & in secula seculorum Amen.

Necessarium igitur nobis est ea, quæ à ueteribus, & sapientibus uiris allegoricè implexa sunt, explicare, & eorum radios in suis compositionibus abditos proferre per gratiā Dei nobis desuper datam. quærendumq; est, & ponendum, ostendendumq; huiusmodi occultum mysterium. Accedamus ergo ad propositum. Et propositionem compositione ipsorum sensu rationis participe audientes discamus, quidnam uult philosophus significare. Dic, ò philosophe, & explica nobis illa præstantiora, in quibus omnis hominum uita uersatur. in quibus multi, cùm scopum non attigissent, operam luserunt. explica nobis accensam, igneamq; flammam; dicendi initium facito. cœlestia munera pande, Deo enim uiuente seruimus. sed ò sacra grex, &

sapien-

sapientiæ studiori, qui huius rei inueniendæ desiderio flagratio, cogitatione in Deum uirtutum decore inter uos concertetis & magna lacrymarum effusione uos ipsos iuigetis in fide, & humiliate, & charitate Dei firmati, ut nihil corporatum uos inde auferat, neùe quidpiam præter Deum, qui uos dilexit, suscipiatis. sed quid ait philosophus, de quo sermo institutus est? Non occultabo uobis naturæ ueritatem. Omnia sunt unum: per quod omnia unum est. Vna ē natura, quæ id, quod quęritur perficit, sed sola arte præparatum. Vnum igitur sunt omnia, per quod omnia, cur unum? ne rudes audiant. quid uobis, & rerum multitudini, una re naturali existente? unum uero est mysterium in omni uita occultum. Vnum ignobile, ac pretiosum satis: ignotum, & à multis non comprehensum: multis nominibus appellatum: quod formas inducit. Vnum sunt omnia, per quod omnia, ex ipso fluunt omnia. Non contrariæ sunt naturæ, quæ uniuersum perficiunt, sed una atque eadem ex se ipsa artificiosè perfecta, & leniter in lucem prolata. Vnum est, qđ quæritur, non aliud, atque aliud, sed unum ipsum ex ipso genitum, & auctum, & omnibus conspectum, & cognitum, sed quod præparari facile non potest, & ob id omnibus occultum, & quod à uulgo comprehen-

Vnam rē esse.

Preparatione lapidis i[illegible]

di prorsus non potest. Vnum sunt omnia. Ne aberres uocum allegoriis, nec decipiaris in rerum compositionibus. si uerò audisti philosophum dicentem. VNVM SVNT OMNIA, PER QVOD OMNIA. expende sermonis uim, & considera sententię profunditatem. Vnum sunt omnia, per quod omnia. Quid nobis, & multarum rerum syluæ, cùm una sit res naturalis? vna natura, quæ omnia uincat? cùm unum sit naturale uerum? cùm unum sit occultum, ac latitans; atque una natura intrinsecus occulta, quę leniter, ac blandè prępararta, & educta omnia uincit? cùm una sit natura, & omnia superet? Natura enim naturam oblectat, & natura naturam uincit, & natura naturam retinet, non alia, atque alia natura, sed una, atque eadem ex se ipsa per regimen spirabilis facta, & naturas informans, delectans, seq; per corpora insinuans, ac permanens. Ex unitate enim incipit, & in unitatem rei quęsitę consummationem terminat. sic animo cogita, cùm enim multa sint, una dicitur simul, & diminissima aqua, vna natura vincente omnia, non specie, sed arte cum rationali scientia multos latente. O ars cum rationali scientia coniuncta, quę multis lates. O naturæ cœlestes naturarum creatrices. His uerbis incorpoream naturam innuit. Rursus ad propositum accedit. Nisi enim ma-

Exclamatio.

Solutio

teriam

materiam spoliaueris, nisi corpora incorporea feceris, nisi per corruptionem ipsa excusseris, & dissolueris, quod latitat, nisi quod spirabile est, in ortum produces, nisi hac ratione prȩparando incorporeas feceris, non corpora facies, nec informabis naturas. O naturȩ celestes, Sincera enim, & in concreta cùm sit anima, inq̃ corpus sese insinuet, cȩlestis sapiẽtiæ beneficio corpus informat, in ipso permanẽs, idemq́; complectens. O naturȩ cȩlestes. Admirare cȩlestium naturas, utpote corporis expertes. Oportet igitur spoliare materiã: & ipsius aīam extrahẽtes, per ipsam deinceps corpora non corpora facere, & continere, ac informare. spolianda igitur est materia, ut ad stabilem perfectionẽ perueniat. Diffinitio philosophiæ est corporis dissolutio, & animȩ à corpore separatio. simile quiddam uult esse propositæ, & ostendendȩ rei simulacrũ: solutio corporis & p corruptionẽ dissolutũ, & aīæ à corpore separatio factum: hæc est rõ, hæc ꝓpositȩ cõpositionis speculatio. O naturȩ cœlestes nãrum creatrices. Natura ipsa ex se ipsa bene disposita, & patefacta. Cœlestes uerò sunt naturȩ corporis expertes. Dic ò philosophe, explica nobis has ænigmatũ similitudines. Ostẽde huius tuæ mysticæ uocis claues. Dic manifeste, & declara, q̃ nã sũt hæ cȩlestes naturȩ, & quamobrẽ & quomõ cȩlestes dictȩ sũt. Declara nobis ver

corporũ.

Philosophiæ diffinitio.

fi colorē Irin, ostende nobis ꝑ nebulā ṗriosā m margaritā. Dic, etiam nobis de cœlestiū natura sermo est. Naturæ celestes sunt incorporeę naturæ. Quid igitur est, quod quæritur, nisi ex corpore non corpus facere? Quomodo igitur contingit corpus non corpus facere, nisi dissolutionem corporis facere per mortem & separationem animæ à corpore? sed dic clarissimè, & apertè occulta. Corporis dissolutio est, quæ per attritionem fit. Cur hac uoce usus es? Cur? ut spiritus, qui quæritur, egrediatur: ut tinctura in corpus se insinuet, ut naturæ cognatio oblectet naturam, retinēs & uincens, & in ipsa permanens. Quando hæc fiunt? Cùm deorsum sursum extrudatur cum uoluptate tota substantia terrea. Cùm ante id tempus albedinem, & citrinitatem, & æruginationem, & nigredinem ostenderit. Cùm in corporum attritione herbarum materiam multiplicem efflorescere feceris. Cùm per hanc artem metallorum colores induxeris. Cùm etiam per aquæ eleuationem incorpoream feceris compositionem. Cùm assationibus conspexeris extractam fuliginem, atque ita uelut per nebulam ferri. Non enim potest in corporea natura; nisi superioribus adhærere. Cùm enim in sublime ferri soleat, Cum eo, quod sibi simile, ac cognatum est, coagmentatur, amata, & amans, oblectans, &

Colorum diuersitas

oblectata, & splendens. Si igitur audieris illud, CVM VNA SIT RES NATVRALIS ET VNA NATVRA, QVAE OMNIA VINCAT, vnum, & unam, compositum existima: & cùm dixit, VNVM sunt omnia, hoc autem, unum, & unam compositum existima. an quidem ipsa una in composita dispensatione uelut animæ, & corporis temperamentũ, hoc eodem modo demomstrabit. Vnum perfectum hominem, ex anima, & corpore demóstrasse, & in unum consumatum. Composita uerò natura est, cum corpus in corpus se se insinuans, & complectatur, & maneat. Qualitas enim sola peruadens id, quod quęritur, fecit. Quid est PERVADENS? qualitas intrinsecus lęniter, ac blandè extracta, & cum artificio patefacta, & detecta, ac sub oculos cadens. Quid hæc est? candida, & pura luna. fecit, inquit, quod quęritur, supra montem unum: & constituit, ac consumauit opus. Quid est hæc lunaris, & pura species? Dic reuela pulchritudinem, & ostende eius speciem, fuligo est, quæ per aquam diuinam probè abstergitur, & abluitur. Recte FVLIGO, dixit, ceu αἴθαλη .i. uirescens, & iuuenescens, & decore conspicua, ait enim NIHIL relinquitur, NIHIL DEFIT, PRAETERQVAM NEBVLAE, ET AQVAE ELEVATIO. Rursus conueniant instrumenta: rursus coniuncta natura

Luna q̃d ſit

Fuligo quid ſ

natura cum separata connectitur. aquarumq; aurei fontes deriuantur. Nihil relinquitur, nihil desit. opus regimine consumatum est.

Nebula quid?

PRAETERQVAM NEBVLAE. Cuius nebulæ? fuliginis scilicet, quæ in sublimè fertur. quæ per humorem coniungitur, atque in fauillas cum his, quæ ad cœlum subuolant, coaceruatur. sed ad uerba ipsa pertransibo. Nemo hæbes ingenio huc ingrediatur. nemo uirtutis expers huc inspiciat.

Lapis q

LAPIDEM OMNIBVS NOTVM, VILEM, ET VALDE PRECIOSVM. Quis hic lapis est omnibus notus, & occultus? & nunc uilis, nunc preciosus? Ex metallo uult rem ipsam parare. Sed quis nam hic lapis sit, uobis lumen mysteriorum cognitionem neutiquam occultabo. id quod quæritur in medium proferam. atq, uobis huius præparationis principium demonstrabo. pugnacem Venerem cũ Mercurio con iunge, hoc est marem, & fœminam, scilicet æs rubeum, ingredi facias, ac tinge rubiginem auri. hoc est Isis putrescens magna, & admirabilia facit. PVGNA VENERIS, pugna est repugnantia, & contentio, quæ uincit, corrumpit, & abluit, Rursus ad propositum reuertitur, sermonem omnem in pauca conferens. PVGNAM VENERIS, PVGNAM MERCVRII: Venus per lunam pugnando corrumpitur, luna per Venerem coniuncta figitur,

pugna

pugna Veneris, pugna Mercurii corrumpe corpora ęris, & incorporeum facias per lunam: egregie contere, donec corrumpatur, ut ars ipsa postulat: & coniunge marem, & fœminam. si quis enim flauum reddat per spiritum hoc corpus, potentemq; ipsius naturam secundum artem blande pręparando extrahat, tingit omne corpus, & si quis morte delens corpus, & dissoluens spiritus beneficio per fuliginem citrinet, tingit omne corpus. spiritus enim fit, hoc est, corpus intantum attenuatum, & consumptum, quòd ex corporis custodia animus ui separatur, immunis à materia uigor, & splendor corporis factus sui creatoris imperio. An non audisti philosophum dicentem? CAPIENS MERCVRIVM IVNGE CORPORI MAGNESIAE? Quid hoc sibi uult? sic totam compositionem dicit per Mercurium, & corpus factam, ac probe præparatam. hoc modo miscentes unà corpus conterere, recteq; regentes, in fuliginem redigere, & per spiritum citrinare iubet. Si quis enim igitur corpori potentem uirtutem intus latitantem artificiose, ac blande tractans extrahat, tingit omne corpus. Quid est intus, nisi spiritus aīalis, qui circũplectitur, & cõtinet corpus & informat? Quomõ igitur latitat? in parte quadã, uel in tota corporis ꝓfunditate latet à

Per lunã hic Mercuriũ intellige.

Spiritum esse corpus ad modum attenuatum.

Et

Et quamobrem in profundo? ob materiæ ombram. & quę nam est eius petens natura? syncera, & pura, quæ omnem corporum umbrā expellit, & dimouet. quomodo ergo leniter parans extrahere potuero? qua ratione ipsa utar? Quomodo ad illecebras aggrediar? quomodo mihi succedet res? quibus speciebus utar? ut sublimando potentem ipsius naturam extraham? CAPIENS MERCVRIVM INFIGE CORPORI MAGNESIAE. Nullo corpore hic usus est pręter Mercurium. consueuerunt enim id totum appellare compositionem, opus per marem, & fœminam absolutum. si uerò appellas totum compositum, ostende hoc nobis. Est in corpore mista, & simul contrita luna, quę per nebulam, & fuliginem completur, ipsa rationabiliter gubernata potentem naturam intus latitantem euocat, tingentem omne corpus, Venerem dealbantem, Ioui stridorem auferentem, & cætera. si quis igitur sic bene considerans rexerit, & fecerit, & potentem ipsius uirtutem intus latitantem blanditiis euocarit, tinget omne corpus, magnum in his mysterium cæpit, cumq; uiderit admirabilia facta esse, stupens laudabit Deum omnipotentē patrem simul cum omnipotenti sua sapientia, cum uiuifico spiritu. ipsum enim undique absolutum, supraq; omnem potentiam Dei

uerbum

uerbum, uno omnia producens uerbo potentiæ ſuæ illuminet mentem noſtram, & corda noſtra, ut per ipſius amorem ſimiles fiamus, & uniamur uero ſuæ diuinæ cogitationis lumini, ut per ueram lucem illuminati rerum cognitionem conſequi posſimus, & cõtemplari opera Dei uniuerſi, ut glorificetur omni honore dignum, excelſum ſanctum nomen Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum, amen.

EIVSDEM STEPHANI IN HVIVS artis opus Deo fauente. Actio quinta.

QVis beatus, & intelliget uerba omnipotentis Dei? Quis ſapiens, & prudens, & explicabit immenſam rerum omnium opificis ſapientiam, qui fœlix, & cõtemplabitur potentiam Dei, qui cuncta intuetur, ac moderatur? & extollet eius bonitatem, quæ omnem bonitatem ſuperat? Mihi ſanè facile, & perſpicue, & paruo negocio uerſari clarum eſt, & atras maiorum ſententias, Deo omnipotentiã ſuffragte, clarisſimas reddere. Vobis autem ut prudentibus, retinẽda, ac propria facienda ſunt, quæ multi ſapientes litterarum monumentis tradiderunt, & illorum ſententiæ aſſumendæ, atq; hoc pacto Prohœmium.

circa

circa hoc meum breuissimum opus uersari debetis, precantes solùm uerum Deum nostrum, ut uestræ mentis oculis lumen præferat, ac sua diuina luce illustret sensus, & corda uestra: vt omnipotentis Dei, ac gloriæ ipsius maiestatem intelligatis. qđ nobis cōcēdatur, ut possitis puro corde cōsequi, & laudare magnalia Dei totius terrarum orbis, & extollere sanctissimum, & immensum nomen patris, & filij, & spiritus sancti, nunc, & semper in infinita secula seculorum amen. Ad propositum reuertamur, ac quid uelint philosophi, de quibus nobis sermo institutus est consideremus. occulte loquuti sunt, eò, quòd multorum ingenia exercere uoluerunt. ac inquiunt de sulphureis, & substantiis, SVLPHVREA A SVLPHVREIS CONTINENTVR, &c. parum efficax mens est de substantiis, & generibus, & naturis, quæ ue sint hæc quatuor elementa, quę Deus, & non homo statuit, in ordinem redigens, ac interesse connectens, ratiocinari. Hic enim faciendum est de ipsorum qualitate, & temperatione, & coniunctione, quęmadmodū & in homine factū est. coniuncta igitur sicut etiam sacra, & diuina ars philosophorū docet, cuius rō hęc est, ex aere sanguis calidus, & humidus. ex igne flauabilis calida, & sicca similis est æri, quod est calidum, & siccum. et ex terra, atrabilis simi-

Reditus ad rem.

De qualitatibus elementorum.

lis est amborum scorię.est.n.sicca, & frigida. ex aqua, pituita frigida, & humida similis est aquæ egredienti solis, quę est aĩa æris.est.n.frigida, & humida. Hæc igitur quatuor elemẽta cum contraria inter se sint coniungi ꝓrsus nequeunt, nisi quodã corpore interiecto, quod vtriusq; extremorũ qualitates habeat. vt, ignis argenti uiui coniungitur cum aqua per terram, hoc est per scoriam. quemadmodum sanguis coniungitur cũ pituita ꝑ atram bilem. q̃ est prima clauis, ac separatio humidorũ ex siccis. hoc est separatio aĩarum æris ex corporibus, hoc est ex luna. & aqua coniungitur cum igne argenti uiui per aerem æris, hoc est, aqua quę egreditur, coniungitur cũ igne argenti viui ꝑ æs. non secus ac pituita cõiungitur cum pituita, per flauam bilem, q̃ est reductio humidorum. s. frigidorum cũ humidis. hoc est, corporum. qđ est unio, & mistio superiorum cũ inferioribus. & terra, idest, scoria coniungitur cũ aere solari ꝑ ignẽ argenti viui. hoc ẽ scoria cõiungitur cũ aqua solis ꝑ ignẽ, hoc est per argentum uiuũ: perinde ac atrabilis cõiungitur cũ flaua bile ꝑ sanguinem. q̃ est secũda clauis, per torrefactionẽ putrefactionis. vt coniungitur scoria cũ diuina aqua ꝑ ignẽ hoc ẽ ꝑ lunã. aer solis coniungitur cũ terra, hoc ẽ cum scoria ꝑ aquã, hoc est, per humidum. quemadmodũ flaua bilis cõiungitur cũ atrabile per pitui

Medium quo elementa cõiunguntur.

Prima clauis.

Secunda clauis.

tam,& hæc est tertia clauis. coniunctio aeris cum terra, soluta scilicet per putrefactionem, & assationem, hoc est septem reductiones, factaq; aqua, cunctisq; in unum coactis, hoc est existentibus in cinnabari. postea his ita se habentibus, ignis cum rursus sit calidus, & siccus, generat calorem aeris, & siccitatem terræ: quoniam cum duas qualitates habeat, fit ex tribus constans elementis secūdum duo alia elementa, quæ retinet. Similiter etiam, & aqua cùm sit humida, & frigida, generat humorem aeris, & frigus terræ, quamobrem cùm duas qualitates habeat, fit ex tribus elementis constans. sic itaque terra cùm sit frigida, & sicca, generat frigus aquæ, & siccitatem ignis. quapropter cùm duas habeat qualitates, fit ex tribus elementis constans. pariter quoq; aer cùm sit calidus, & humidus, & generat calorem ignis, & humorem aquæ. quamobrem cum duas qualitates habeat, fit ex tribus constans elementis. collecta igitur omnia fiunt duodecim, geminato quater ternario numero. Vnde cùm Dodecapyrgus sit ars nostra, quatuor conuersionum per tres alueolos dicitur Dodecazodos esse, mutationibus ad hunc modum conuolutus. Verni scilicet temporis, Aries, Taurus, Gemini, Aestiui Cancer, Leo, Virgo, Terra. Autūnalis, Libra, Scorpio, Sagittarius, aqua. Hyberni, Capricornus, Aquarius,

Dodecapyrgus. Duodecim Zodiaci signa.

rius,pisces. quæ contractu simul fiunt mutationes quatuor, Verna, Aestiua, autumnalis, hyberna. hoc est, quatuor elementa, aeris, ignis, aquæ, terrę, eodem modo etiam se habent corpora, & colores septem planetarum dictorum, earundem specierum, ac formarũ, quæ sunt septem corpora, & colores eiusdem compositionis. qui fiunt post ordinẽ septem syderum. Quemadmodum enim hæc septem astra, hoc est planetæ ingredientes in duodecim non errantibus signis, & egredientes uidentur adesse, scilicet, & abesse, sic & hæc septem corpora, & colores apparentes quidem adsunt, & abeunt in compositione, quæ ex quatuor elementis constat. sic per septem astra, quæ planetę uocantur, & per duodecim non errantia signa perficitur uerissimum philosophorum mysterium. quod apud illos uocatum est lapis non lapis, lapis philosophorũ, quod manifestè dixerunt. sed mens uatis inueniatur, quæ huiusmodi est. Ex pede usque ad genua terræ elementum, & est album æque ac nix. à genibus uerò usq; ad umbilicum, aquæ elementũ est regionis à spiritibus habitatę, & est splendens, & forma & aspectu. & ex umbilico usq; ad cor, ignis elementũ est loci, qui à spiritibus habitatur. & ẽ flauũ, & cãdens uelut ignis. & ex corde, usq; ad ceruicẽ aeris elementũ locũ tenet, & est croceũ. Hęc cùm ad

Colores planetarum.

Colores elemẽtorum.

supradictum modum se habeant, ignis est, calidus, & siccus, terra autem frigida, & sicca, & aqua item frigida, & humida. & aer calidus, & humidus. deinde ubi hæc quatuor elementa mista fuerint, inter se, fit ex ipsis calx, & cinis, philosophorum scilicet; vt perfecte, atq; omninò coniungantur per extremam unioné dealbata, unius medii scilicet beneficio abiicientia nigritudinem, & tenebras, atque hæc ad hunc mundum se habent. Aestimato item longo temporis spatio album linum, ac linũ dealbari. Vt igitur laborant qui ipsum dealbant, nec tractando defatigantur, sic tu quoq; facias amice carissime; dealbans, & abstergens species artis longo tempore, nec te pigeat, nec laborando, & tractando defatigeris; donec ut ipsa nix albescant. His ita se habentibus, prudentes, & sapientes magna cum diligentia, ac mentis studio meis dictis incumbite; nec multis rebus inutilibus, ac uanis operam detis. ex quibus nulla utilitas: sed potius damnum, & detrimentum, & calamitas percipitur. Sacra enim ac diuina ars philosophorum ex una specie constat, ac perficitur, hoc modo diuineq;, & magnificè. Si enim feceris corpora non corpora, & incorporea corporea, egregiè, & facilè, & mirificè operaberis, uoti scilicet compos futurus. Qua propter arctatus quatuor elementorum corpore

Ac linum hoc fortasſis abũdat,

trino

trino regimine, duodenaria signorum mutatione, septemq; astrorum dictorum corporibus, & speciebus, & aspectibus, monadica quadam singulari extrema unione glorificabis in trinitate, & unitate filium uerbum Dei. qui ex quatuor elementis uniuersum orbem perfecit, ac satis sapienter, & ornate, & quatuor mutationibus anni circulum exornauit, & post septem secula introducet eos, qui bene uixerunt in ipsis, quietem in peremni Regno laudantes unicum indeficiensq; lumen, in patre, & filio, & spiritu sancto, nunc & semper, & in secula seculorũ amen.

EIVSDEM STEPHANI DEO fauente, Actio sexta.

Indiuidua corpora, quæq; partiri nequeũt in peculiarissimis figuris consimilem ferẽtia connexionem, quemadmodum fert ipsorum aspectabilium natura, continent uniuersas res, quas terminant manifestas. Indiuidua igitur talia dicuntur: quoniam ex maximè ꝓpriis constant. & quæ trifariam diuiduntur, ex longitudine, & latitudine, & profunditate costantia, solidaq; uaria corpora, & ut ita dicam, elementorum, uidelicet ignis, aquæ, & aeris, & terræ, & horum extremæ qualitates interse quidem sua familiaritate ut amicæ cõ

Indiuidua unde dicatur.

tentę omnem totius uniuersi naturam seruat. Vnum quodque enim elementum, uelut in loco ipsius formaliori cupit esse continenter: semper enim quæ formaliora sunt rerum, quę magis ex materia constant, loca fiunt. tenuiora enim formæ uicem subeunt, si ad crassiora referantur: at crassiora si ad tenuiora referantur materiæ uicem pręstant. omnia autem sunt partes. forma uero in partibus innascitur. sed totum forma, & materia est eius, quod ex utroque constat. ipsorum autem partes continuæ sunt inter se. duo enim sunt, quę ex materia constant, & caussæ rerum omnium, uapor qui in sublime fertur: & siccorum fumida exhalatio. quæ etiam propositarum affectionum est caussa. Est quidem uapor materia aeris. fumus autem est materia ignis, & in Iride est ex nube reflexio, quatenus nō dum uersa est in aquam. In Alone autem ex crassiori uapore aeris demonstratiuo eorum, quę in sublime consistunt, siue ex humidis corporibus licet demonstrare, qualia qualibus insunt, & ex uniuersalioribus particulariora constituere. Quamobrem necesse erat etiam mathematicarum scientiarum Reginā perfecto numero exornari. oportebat enim esse sex numeros. nec non quatuor horum esse differentias, & ex subiecta materia, & ex fine, & ex excessu, & ex etymologia. Firma enim

qua-

unt quadrangularia si quidem, & pentagona nobiliora sunt triangulo. ob id quadrangulũ est firmum. nouem autem dicta sunt, ut unũ ens. solus enim nouennarius numerus numerorum, qui decennarium antecedunt in se ipsum multiplicatur in unitatem recidit. magnam igitur affinitatem habet ex theorematibus potissimum Dei cum animo sapienti. Quid enim aliud est philosophia nisi similitudo Dei, quatenus homini licet. à his enim tribus oportet sapientem animum informari, et bonitate, & cognoscendi facultate, atque potentia. Tunc enim is contemplans, & comprehendens res naturales, omnium contemplationes diiudicat. uniuersam quidem naturam inquirens, & rata proportione ipsarum temperamentum temperans. nexus, ac mille ipsarum compositiones intelligentia dissoluens. ac prędictam connexionem artificiosè parat, & simplicem unitatum coniunctionem contrahit. apertè uerò in ipsis exactam contemplandi, & dignoscendi rationem uidebit. uersicolores enim corporum efflorescentię rerum, quæ in profundo delitescunt, perfectiones significant. Quin etiam metallorum ipsa exhalatio, quæ ex terra eleuatur, huic eidem rei conferri solet. ac ne horum cõtemplationẽ prętermittamus, age deinceps ẽt maximarũ rerũ disciplinam inuestigantes, acti

uas ipsius speculationes, in apparentem ocu-
los erigentes, sapientissimæ sententiæ proble
ma scrutemur. sic autem se habet, TRES LITTERAS HABEO, QVATVOR SYL LABARVM SVM CONSIDERA ME. Quælibet enim trium priorũ syllabarũ duas habet litteras, quæ uerò subsequitur, reliquas habet, & sunt mutæ quinque. totius uerò numeri centenaria sunt bis octo, & ter tres & decades quatuor, si autem quis si noris, nõ expers eris utilitatis, quæ à me percipietur. Immensus abyssus: hoc dictum humani ingenij captum superat. profunda est quæstio: hic ostende tui Stephani laudem: hic ostende naturę opera. ostende vir sapientissime qua ratione difficillimam explorationem conside remus: ut huiusce mensuræ profunditatem maximam comprehendamus. quomodo nouem litteris opponit hanc quatrisyllabam cõ siderationem. Intendendi sunt organorum audiendi sensus, ut intangibilem uim nominis inueniamus. NOVEM LITTERAS HA BEO: QVADRISYLLABVS SVM: CON SIDERA ME. Sapientiæ opus est hoc admirabile. strenuam operationem constituit id, quod animo comprehensum est. Item sphæra Veneris, quę orientalem persię plagam sortita est, præcedit solis radios, item Mercurij sub solis radiis consequenter inuenitur.

item

Item Saturni ob altitudinis profunditatem parum uidetur. Item Martis orbis igneam se ctionem operatur, in quorum numero sponsę in modum compta luna nouem orbiũ conuersiones sumit. per quam compositum temperamentum conficitur. ò diuitias sapientiæ. per disciplinas, ac numeros sententias pfert. NOVEM LITTERAS HABEO. solus hic numerus eorum numerorum, qui ante decada sunt in se ipsum multiplicatus, in unitatẽ terminat, hic unitatis est forma. unitas enim multiplicata eandem forma seruat. naturalia uerò corpora, scilicet quatuor elementa necessariò per mathematicam, contemplationẽ ostenduntur. non enim ab ipsa auulsa sunt naturalia, ut perfectiora complectantur antequàm inferiora subiiciantur, quemadmodũ igitur natura prius corporeum constituit ad animam suscipiendam, postea ita ipsum animauit, quod simul utrunque est, sic rursus cum ipsum animarit sublimiorem ipsi perfe ctionem eodem ordine accommodat. ò doctrinæ quæstio omnis habens sapientiæ symbola. uult nos mente, & scientia erectos uiuere. sublimiorem uitam, & speculationem, & amorem in Deum magis testatur. principia enim scientiæ sunt sensus & experientia. experientia enim principium actiuæ cogitationis præbet. sensus autem apparentis rei cogi

 tationem.

tationem, ex quo tota natura collectio dicta est. Quicunque enim horum cognitione prae diti sunt, semper ad ipsum intelligibile conuersi, habent quidem etiam praecognoscendi operationem. Talis enim est studiosorum hominum mens. prae ipsa enim intellectiua, & pura intellectione, creatoris intellectio, immaterialium, & intelligibilium formarum plena est: est uerò & intellectio animae mundi, & mundi prudentia, cùm enim ipsa exempta ab omnibus sit, sensibilem mundum complet. vt per intellectionem, quę in ipsa est. ipsa enim intellectio syncere, ac purè & per materiam transit, ob id & pura dicitur, quippe cùm ipsius intellectiones collatę cum materia immateriales, & syncerę sint. Ad reuertamur, & consideremus, quae sit sermonis inuestigatio. NOVEM LITTERAS HABEO, QVADRISYLLABVS SVM, CONSIDERA ME. vt cogitatam hanc nouennarii numeri propositionem profert, ut nouam huius mirificę rei expositionem designet. Tres enim ternarii, & immaterialium substantiarum nouem conficiunt ordines. ad perficiendum igitur efficax est quod mente concipitur, horrendnm utique, ac admirabile. circum locutionem, auri specie intentes contemplationes, nouem litteras habeo: magnus est huius rei thesaurus. occultum igitur ueri-

tatis scopum habet. literas autem nocauit, ut mystice per elementorum cognitiones cōsideretur. in ipsis enim sapientiæ opus situm est. NOVEM LITTERAS HABEO, QVADRISYLLABVS SVM. CONSIDERA ME. in quatuor enim cardinibus mundi prospectus consistit. qui uniuersum orbem, qui sub sole est, terminat. inexplicabilis enim est mutua elementorum transmutatio; quæ totius corporis naturam seruat non est rudis innexio, non ficta nouem literarum comprehensio. admirabilem nulli agriculturam inuocare. menti, quę materiæ expers est, conijcit semina; ut incorruptibilem fructus usum ostendat. NOVEM LITTERAS HABEO, QVADRISYLLABVS SVM: CONSIDERA ME. Quomodo considerabo te, ò qui nouennario numero comprehenderis? Corpus ne aliquod es, an corporis expers? corpore enim carens naturaliter, es mente comprehensus, & in corpore consideratus, quis est qui te habeat? annue ò amica carissima. hoc vult, id quod dicitur significare. In quo huiusmodi numerum inscribam? & actiua sacrarum rerum disciplina absolutam descriptionem habet. in qua totum arcanum infert. Tres priores syllabę duas litteras habent, quę-

libet

libet autem insequens reliquas. sunt autem mutæ quinque. ipse autem tres syllabarum combinationes cedo quæ nam sunt: ex tribus item arcanum significat. Tres priores: quæ summam hanc ferunt fœlicitatem. duas habent, quælibet unitatem regiminis complementum, reliqua uerò ea v, quæ consequuntur. quæ nam reliqua? una. quæ tribus unum seruat. quæ nam una? pande nobis operis finem: ab uno complemento perfectam existentem absolutam constitutionem insinuat, ut iisdem contemperatæ tanquam unum existentes uniantur. Et quidnam MVTAE QVINQVE significant? quid? quod inanem uocem ipsam mutarum literarum concursu reddidit. & unde sunt mutæ? harum similitudine cum nominis literis alterandi uim habentibus. cùm enim corruptiuum annuerit mutum in spectantibus inuenitur. cum enim mortuum iaceat, uocem prorsus non effundit: cùm uerò in incorruptibile corpus mutatur, tunc anima præditum, ac corpus fit. totius uerò numeri centenaria sunt bis octo. & tres ter & decades, & quatuor. ò complementum absolutam habens perfectionem. huius complementi centenaria sunt bis octo. quamobrem bis octo centenaria? omnis cognitionis. R. aspiratur, omnemq; potentiæ efficientiam roborat. decima enim ipsa est ante

decadem

decadem. decem enim complementum est numerorum ex monade manantium. centenaria sunt sexdecim, ex complemento ad plenum ostendit plenum. centenaria sunt sexdecim, hoc est, ex perfectorum complemento. nam complementum & finis est elementorum. at sexdecim, quoniam commensuratam uult complementi notionem, ut absolutam discretionem inueniat. Tres ter, & decades, & quatuor, rursus dissoluit enigmata, atque bonam contemplationem, tam probabilem absoluit, ut prorsus uniuersum complementum ostendat, ultro citroque idem complementum demonstrat. TRES TER ET DECADES, ET QVATVOR, quid e TRES? Et cur TRINITAS tres totius hypostasim dicit. Trinitas enim dicitur ob solidum, firmumq; punctum. nō enim amplius terminatur in duo, sed in tria unitate unius diuisa. nec ipsius qualitas secatur. ut intelligas horum amborum similitudinem. TRES TER ET DECADES, ET QVATVOR quamobrem tres ter? denuò alloquitur ut ad ordinem materię ex parte transeat. ad tres enim ternarios horum literas ordinauit, ut quasi ad unam unitatis terminationem referantur. ut & ipsorum luminum splendoris participent. ut uelut ex ipsa manantes ad ipsam remeent. TRES TER, ET DECADES ET QVATVOR

TVOR

TVOR, quænam est duodecadum in tribus regimen ipsum, & explicatio? vt superficiem quę per illa est, explicet. numerus enim usque ad decem extenditur. TRES TRES ET DECADES, ET QVATVOR. tertiò decadum interrogationes facit. ut perfectè quæsitum absoluat, TRES TER DECADES, ET QVATVOR; vt cum tria sint, quæ ad uniuersalem operationem spectent, quartam ostendat quatuor corporum compositionem ordinatè procedentem. & ad purissimæ rei ministerium currunt, ut per ualida ualidos ad solis radios urgeant. ut ex perfecto perfectum cum perfectis coniungatur. manifestè ostensum est; quod perfecta unitate existente proximum habet ex propria hypostasi ternarium, ex qua & nouennarius, & decennarius numerus huiusce ternarii totam ipsius naturam permanentem, proprietate comunicant in his igitur rectè procedens, uniuersam lunæ speculationem perficit, purpureum, calidissimum ex solaribus radiis splendorem accendens. Cùm igitur totam mysterii uim exposuerim, digrediar postmodum maximè naturalem speculationem habens. ut & tyrunculi cùm eius dulcedinem degustarint, & sapientiæ lac suxerint, etiam benè educati ad prçstantiora progrediantur, atque ingredi

di atriorum uestibula possint, & imbecillä suscipientes mysteria uidere queant, magnalia .5. omnipotentis DEI, ac tantam gloriam admirati infinitam DEI sapientiam laudent. Videmus,& huius speculationis problema. quoniam seminariæ geniturę natura in his tribus consideratur, & quamobrem hinc iam in tribus propositionis speculationem facit? ut per ipsarum nouem supradictarum primas tres syllabas, non prætereamus miraculum cuius causa totum mysterium nobis contensum est. Quonammodo igitur in tribus syllabarum sectionibus comprehensiue geniturę speciem facit? primum quidem enim seminarii meatus intentio ex calore existens,coniunctaq; cũ uteri humore,& putrefaciendi uim habẽs,ab octo quinariorũ terminis ꝑducta,similitudinẽDei oĩũ rectoris in finuat.ex calore .n. & humore cùm simul cũ ꝓportionis tẽpore putrefaciendi uim habẽte fuerit perfectã formationis imaginẽ moliri facit.licet.n.& ĩ ipsis corporibus uidere uictus rõnis symmetriã.qualitate.n.uniuersa ipsorũ corporum moles rectè disposita,bene temperatam totius corporis efflorescentiam ostendit.terra enim,ac lapidea pars alimenti, tantũ per sedem secedens;&epota item aqua,per vrinariam vesicã reddita,in nihilum ꝓrsus recidet.cu.n enim panis comesus sit calidissimus

ac

ac cum potabilis aquæ humore coniungatur, non eadem omnino in corporibus secernunt neque permanent, sed horum magis concocta actio peruadens cum uniuersa hypostasi commiscetur, & in sanguinē uertitur, omnēq; syncrasim egregium temperamentum faciēs, bonum corporis colorem cōseruat. eodemq; modo se habet lapis cum ex calore, & humore in solidum terræ corpus concreuerit: ex humoris quidem, aqua, ex calore uerò uehementis solis exustione. & lapis ex calido terreæ substantiæ glebæ, ex humido uerò naturæ aquæ frigidę commistus ad tot ædes construēdas idoneus redditur. nec non arborum fructus ex calore & humore suscipiunt incremētum. iidemq́; in tantum procedente tempore & maturescentes in cibum ueniunt, atq; escu lenti fiunt. & uniuersi auctio propter temporis potissimum circnmactionem & hyemalis horę humore, ac magno æstatis calore, tantisq; temporum interuallis frugiferas arbores effotmat, & perficit, tantumq́; ipsis per odorem gustatum coagmentat, ut diuersas ipsis creaturis operationes ingenerarir, utq; generatim loquar in reliquis item inexplicabilis illa Dei sapientia cùm cuncta effecisset, ipsis tantum ornamentum inseuit. cuius & seminarię geniturræ contemplatio propter calorem humidæ naturę coniuncta, nouit ostensū

fini-

finitionū certum tempus inhabitare, ut cùm id, quod anima præditum est, permaneat, simi lem animentis formam absoluit. sic demum considera, & æricolorem Veneris corpus natura calidum esse, cum aurore uerò fulgenti humore coniunctam. quod & per igneum pyritem rectè procedens capitis crinem unguento putrescente ad egregium, insignemq; decorem efflorescentiam perducet, horum enim extrema qualitas nouit, & auri comos crines facere, ad magnam pulchritudinem, tantumq́; coniunctæ unitatis ornamentum. hæc prudentibus sufficiunt. Satis etiam uobis sit horum ænigmatum declaratio. cùm.n. omnem planam uiam institisſē, arcanum hoc atque magnum mysterium patefeci. ut hoc spectaculo obstupescentes, & ad hoc admirabile opus accedentes, ante oculos sapientiæ imaginem uideatis, & per hanc uirtutem potius pertranseuntes ad iucundum Dei lumē accedamus, & tantam sapientiam eius beneficentia consequamur: se insinuantem, radiantemq́; in eos, qui in ipso IESV DEO nostro spem collocant.

EIVSDEM STEPHANI PHILOSOPHI Deo fauente, Actio septima.

Deum inexplicabilem sapientiæ, & ueritatis

paren-

parentem, uitæ, & luminis datorem, cuncto-
rum causam, omniumq; supremum, & unige-
nitum eius filium cum diuino ueritatis spiri
tu, ex ipso procedente laudo, & glorifico, ei-
demq; gratias ago, & septimam hanc petitur
dictationem, quam pre manibus habeo, suo du-
ctu, spero, me ad finem perducturum. nostro
enim more, ex illis animæ speculationibus
initium sumat, quæ nos à rebus materialis
ad res materia carentes exigunt, ad simplicia,
& incomposita, diuino afflatu, lumen præfe-
rentes, sapientiæq; enim notiones, & philoso-
phiæ res sunt, sed hæc est ratio, & hæ specula-
tiones, hæc intentio, & hæc propositio, quæ
nunc speculatiuos resecat radios, & actiue
actionis finem terminat. Hæc est ratio; hæ quæ
speculationes: magna sunt opera gratiæ, mul
ti inexplicabilis sapientiæ thesauri, inenarra-
bilia charismata. flumina aquæ uiuæ, maleq;
aquæ fons sapientiæ Dei: abyssus, lumen clariſ
ſimum, spiritus sancti peruagatio: nihil est su-
blimius sapientia, per ipsam enim Dei uerbum
quod omnia superat, cuncta creauit: per ip-
sam cœlestium mentium docentes collustra-
tiones exornauit. per ipsam intelligibilis pa-
radisus ad æternorum usum effectus est. per
ipsam cœleste regnum nobis præparauit. vn-
de igitur nobis ad sapientiam ascensus dabi-
tur? quomodo ipsi assimilabimur? quomo

do

dō incorruptam ipsius uestem induemus? Sola Dei dilectio ad ipsius desiderium, trahit, accedamus ad propositum, intelligamus philosophi ænigmata, ut considerare possimus qualis ō sapientię abyssus, quid uerò hi qui uidentur philosophari, opera autem philosophię non habent? qui & uirtutem figurę huius unius consequi student, quoniam Deus non ne eorum uenter est? qui temporariam gloriam intuentur, secordes, ac desides, qui cùm nolint prorsus uirtutum uestigiis insistere, obiciunt, & rudes eiusmodi sunt, aiunt enim difficile esse aurum conficere, qui sine ratione faciunt, quomodo dicunt arduū esse aurum conficere? discite, & cognoscite, sapientiæ nihil arduum esse. omnia potest sapientia, ipsa enim quæ non uidentur, manifeste cernit, & quæ fieri nequeunt, potest. & quomodo hi qui solem cogitatione complectuntur, inquiunt, difficile esse aurum conficere? non ne audisti ipsum philosophum dicentem, quod quamuis difficile sit, est tamen res facilis sapientiam consequens? at difficile est ut cogitatione à rudibus comprehendatur, qui enim secundum carnem sunt, quę carnis sunt, cogitant, qui uerò secundum spiritū quæ sunt spiritus, carnis enim cogitatio mors est, cogitatio uerò spiritus uita, & pax. Qui sapientię expertes sunt, qui prorsus in se ipsis

pacem minus habent, quomodo in uno ... tis ipsorum, utraque; tempestate sapientes ... lum aspiciunt? intelligete enim difficile quod ... unt, qui adeo sunt segnes, & ignari. fieri enim non potest, ut ipsi intelligant, sed sapientes q; ... graviq; & prudentes. nosse enim ipsis a ... sit sapientia presentia, preterita, & futura ... prium esset, & manifestius ostenditur ... philosophus MOLYBDOCHALCO dicens, ... molybdochalco [illegible] nostro, scilicet, inde ... donec fiat incorruptum. & qua ratione quod corruptibile est, incorruptibile futurum est ... quomodo humidam, et fluxilem solidorum in naturam permanentem [illegible] enim permanens sit, non amplius erit plumbum. O quam mysterio admirando [illegible] opera, o sapientia pro[illegible] si enim permanens fiat, non amplius erit plumbum. Ecce [illegible] opus ... occultavit, sed patefecit. ipse enim per se ... dicens, quod facilis res est, levis, brevis, ... ulla charitate, ut puto, mentem ... mente, sapientiae lumine cognitionis ... rionem requirit, [illegible] te opus est, & fit. ubi [illegible] sunt imprudentissimi, qui ratione carentes artem sequuntur? qui cognitione carentes ... stie, & impuri, omniq; stultitia pleni ... strumentis multis, & fornacibus egent? qui

facientib. qui multiplices res, uariosq; colores, ac diuersa metalla exercent, miserabiles hi sunt, miserabiliores rebus. si enim his rebus opus fuisset, hoc philosophus conscripsisset, neque id prorsus construxisset: ipse enim rursus testatur. Quis hic est? contubernalis sapientiae, sapientiae, & cognitionis plenus, uerus philosophus cunctis se iactat, dicens. NIHIL OMISSVM est NIHIL DEEST, PRETERQVAM NEBVLAE, ET AQVAE ELEVATIO. Rursus nebulae ostenditur pulchritudo, rursus aquae eleuatione dissoluitur, ut citrina [illegible] ostendens molybdochalcen [illegible] [illegible] elementis conferentes ad rei [illegible] tiam [illegible]. SI ENIM PRVDENS ERIS, ET FECERIS, VT SCRIPTVM EST, ERIS BEATVS. perfectam mentem hic beatitudinem [illegible] quae omnem cognitionem, quae discernitur, illuminat. si enim feceris, ut scriptum est, nihil integro [illegible] quoniam omnes pulchritudines & cuncta nomina refert. speculationem quidem per corporum superficiem: nominationem uero per nominum constitutionem ostendit, ideo si quid ex naturis sit coniiciendum, & ex nominibus faciendum, ut .n. mihi uidetur [illegible] unumquiddam fuit. o magna philosophi doctrina [illegible] philosophiam [illegible] mysterium [illegible] breuem [illegible], ut mihi uidetur

haec omnia unum quiddam sunt, & quae tin-
cturae nullo colore differunt, unam eandemque
tantum cernis. & quomodo totum ex una spe-
cie sit alia quidem Veneris, alia lunae, alia so-
lis, alia quidem ut ex omnium mutua diffe-
rentia ipsa separata sed una mihi species vide-
tur esse natura indivisibilis existentis. & ut
[illegible] haec omnia [illegible] esse debue-
runt. omnes enim de [illegible]
[illegible] multi
[illegible]
[illegible]
[illegible] pretiosum
[illegible]
re [illegible] possis intelligibile [illegible]
ritus, clarumque, [illegible] pulcherrimus
[illegible] omnia particula-
[illegible] nominum [illegible]
runt: & totum [illegible] scripserunt. Qui-
[illegible] Rha ponticum [illegible]
[illegible] totum compositum [illegible]
[illegible] perfectum [illegible]
huiusmodi compositum significantes [illegible]
ipso enim toto [illegible] est [illegible] Rha enim ex
ponto affertur. Pontus enim apud nos [illegible]
mare nuncupatum. [illegible] est Ponticum
Rha totum opus in ipsa compositionis. [illegible]
[illegible] enim [illegible]
metallum dixerunt, Rha vero est pelagi super

ficies

ficies in ipso fluens. nobis igitur imprimis ma-
gnificientes perfectum in ipso regiminis cor-
pus. omne enim principium praecedit res
quae ab ipso manante fiunt. Quomodo enim
aquae oceano non existente inundare potuis-
sent? vnde esset hymbrium effusio, si nebu-
lae occidam pluuiam non attraherent? Oporte-
bat ipsos Rha ponticum in primis magnifi-
care, per quod, & in quo totum opus absolui-
tur. proprie uero perfectis sapientiae specie-
bus, totum ex toto fecerunt, vnumque colorem
ostenderunt. vidistis ingenio ipsorum hominum
sapientiam, perfectis speciebus totum ex to-
to fecerunt, vnumque colorem ostenderunt.
Rha ponticum est, quod primas habet partes.
IN PERFECTIS ENIM SPECIEBVS.
quibus nam naturae regimina latenter insi-
nuans. Qualis naturae? vnius inquam. to-
tum ex toto. vniuersum compositum ex uni-
uerso complemento effectum, hoc est, consti
tuerunt, & unum colorem demonstrarunt.
Parmenides uero, qui ex eo etiam solo totum
demonstrauit, opus fieri, in multam syluam
artem distribuit, ut ne impurus pateret uariā
ipsis methodum dedit. eorum mentes pro-
bans, versicolores materiatum ideas impo-
suit, ut illorum sensus exercerent: ne ars in
impuros caderet. ait enim. SI FECERIS,
VT SCRIPTVM EST, ERIS BEATVS.

quomodo ero beatus, ô philosophe? semper
castè continenterque ipse sis. omnia adposuisti,
omnia ipsa refecisti, cupita si quidem continen-
ter significasti. Et tu audiuisti aliquando, ILLV-
CE SOLEM, ET ERIT CHRYSOCO-
RALLVS, noua sunt uerba. magnamque dili-
gentiam requirunt. Quid nam est sol, quid id
quod dicitur, quid sibi hoc uult? quid ais phi-
losophe? explica sacræ disciplinæ tuæ uerba:
dic philosophe, quid nam est sol? non neque id
lybdochalcus, & plumbi uires, quoniam sol docti-
na indiget. quomodo sol solem tingit? qualem
habet superficiem ostendere? omnibus enim clarus
sol sit, quamobrem sole indiget? quid ais phi-
losophe, cur animo nostras rationes agitas?
hæc enim sunt sapientiæ ænigmata, diligentia
diuinæ plena. quid enim tinctura solis opus est?
quid enim opus est ei, cui nihil deest? &c rur-
sus ais, SVMENS MERCVRIVM A MA-
SCVLO FIGE, VT MOS EST.
Quis item est ipse Mercurius? ex quo masculo?
exerce mentes nostras, ne ignorantiæ obli-
uionem contrahamus, ne in perditionis pro-
fundo iaceamus, ne in sequam tempestatem
incidamus. recte facis uir prudentissime, iste
de nobis tui consilii exordium, ut scientiam
consequamur. CAPIENS MERCVRIVM
A MASCVLO, FIGE, VT MOS EST.
Sic totius operationis præcepta demonstrat,

sic

regimen explicat. Mercurium à mare [illegible] hoc est, hanc futuram perfectionem à Venere [illegible] [illegible] Venerem appellauit FIGE, VT MOS EST. [illegible] secundum morem [illegible] nonne Mercurium à cinabrio [illegible] nam Mercurius à mare prorsus fugit [illegible] considerem⁹ philosophum dicentem, SVME ARGENTVM VIVVM A MASCVLO, ET FIGE, VT MOS EST, coniice Veneri [illegible] sulphureo [illegible] dealbabitur quod idest ex propria natura [illegible] benè tectum ab omni [illegible] & dealbat [illegible] SVLPHVRATO, [illegible] combuste [illegible] ignorantes quod Venerem sulphure [illegible] & pyriten magnesia cōburunt. Hi ne [illegible] philosophum in hoc habeant [illegible] hoc exercentes moliuntur, qui [illegible] nihil omninò scientes, cōbustionē [illegible] & satis mediocrē [illegible] verò totum compositionis opus [illegible] corpoream naturam dicit. Venerē sulphure comburunt, & pyritem magnesia, ignorantes quid sit id, quod dicitur, non enim hæc est combustio, sed corruptio, in hoc [illegible]. In secundo verò fit citrinatio: hæc autem philosophi in [illegible] quum est

res

ses propositas, & in h[illegible] rege iusto fit citrinatio, ubi [illegible] ostendis album, primum: existentem [illegible] causa, ubi [illegible] in contra[illegible] compositione. IN SECVNDO VERO. [illegible] sermonis [illegible] ea, quae discreta sunt probè agnoscamus. IN SECVNDO VERO CITRINATIO, hoc est, in Zeni[illegible] fortas de citrinatio [illegible] non [illegible] etiam Veneris aquae [illegible] dicis, in luce albi, dimidium [illegible] [illegible] praeceptum, aliud verò dimidium in con[illegible] servatum esse. quid enim inquit Pebichius? DIVIDITE PHARMACVM IN DVAS PARTES, & comburite Saturnum [illegible] lignis: dividite medicinas in duas partes: non solum in contritionis initio [illegible] [illegible] rationem, verum etiam in fine plena [illegible] doctrina [illegible] COMBVRITE SATVRNVM LAVRI LIGNIS IN ALBA COMPOSITIONE, quia [illegible] quae per aquam divinam fit, corpora comburente, ac rursus [illegible] dealbante. nam illud IN LIGNE VEL FERRO VEL PYRITI SVLPHVRATO, & dealbationis hunc significat. haec enim est combustio, quae ab omni aevo praedicata est, aliae enim combustiones corruptiones sunt. EAS AD NILI FLVENTA. cuius Nili? nonne summi sacerdotis, qui omnia convenientia facit & albedinem, & citrinationem? uerè, ô philosophe,

phe: omnia recte cogitata sunt, & inquisita, in consistentia, omnia ad arbitrium facilia, omnia manifesta, & diuino afflatu edita; omnia congrue posuisti, omnia ordinate demonstrasti, tua in lucem ex uno splendore, totumque ex toto, uniuersum ex uniuerso, ô sapientiæ gratia, ô prudentiæ opus, ô intelligentiæ res. ô uerborum complementum. ô munera à rerum omnium opifice data, ô copiosa dona, à patre luminum concessa. Quis oratione poterit pro dignitate mirabilium tuorum, Domine, laudes explicare? quod os nouum, ut par est, cunctorum Dominum extollere? quæ mens satis laudum præconio non exhorrescet, actionum tuarum ordines considerans? quis non laudabit magnalia omnipotentiæ Dñi.? Magna sunt Saluator mirabilia tua, magna est humanitas tua Domine, copiosa misericordia tuæ bonitatis: fons omnis sapientiæ fuit memoria tua. Te laudo omnium Dominum, & te glorifico à patre genitũ ante secula, creatorem omnium creaturarum, uerum lumen de lumine, ex Deo Deum, & Deo semper adsistentem, in extremis uerò diebus per gloriosam Deiparam, sempérq; Virginem Mariam hominem factum propter nostram salutem, Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, uerum Deum nostrum. non enim amplius apponetur tibi perfectio, & omnibus benefa-

cere cupienti, non uita, non mors, non angelus, non præsentia, de quibus sermo est, non principatus, non potestates, neq; aliquid præsentium, aut futurorum, nec fulgure separabunt nos à sua dilectione CHRISTI Deus noster, per quem Patri gloriam, honorem, laudem, magnificentiam reddemus cum sanctissimo, & uiuifico, & uenerabili eius spiritu in omnia infinita secula. Amen.

Eiusdem Stephani oecumenici philosophi actio octaua de huius artis confectione.

CONfiteor tibi pater sancte, domine Deus cœli, & terræ, summe Deus, & omnipotens, omnium causa, & dator, quem omnia confitentur, & declarant mirabilia omnipotentiæ tuæ, & dexteræ tuæ. quamobrem liceat nobis puro corde laudare, glorificare, & benedicere imperscrutabilia tua omnium Deus, qui bono[illegible]rium causa es: & adorare magnificum, & sanctissimum spiritum, & uitæ dominatorem regni tui. Accedamus igitur ad propositum, & [illegible] quartam propositionem incipientes: Ideoq; qua sermo nobis habitus est, [illegible] quens, cum uellet multorum ingenia exercere, atq; huc ac in [illegible] ait: CORPORA NON CORPORA facito, ET INCORPORA CORPORA; hæc itaq; ut prius, facito, & hunc

arte

[illegible] erigens compositum, ac latitantem na-
turam extrahens, & per mercurium corpora
corrumpe & per magnesiæ nebulam mascu-
lum, & fœminam item coniunge, & rursus la
[illegible] naturam educens, per ipsam denique
corporum formationes facies, & sic corpora
non corporea redduntur, & incorporea corpo-
ralia fiunt. Si omnia igne attenuentur, & fuligo
facta fuerit, erunt uaria, & infrangibilia corpora.
Ignem intellige Mercurium, & igneum phar-
macum, qui Mercurius comburit, & consum-
pit, [illegible] artificio: contri-
ta enim, & commista extenuantur. attenuan-
tur [illegible] corpora ab igne, hoc est, à Magnesia
corrupta, & ut [illegible] perfecta, & per
relationem in his, quæ in sublime seruatur, p
facta fuligo natura est pulchra, & suauis,
ut [illegible], hoc est ab igne minus fugiens, pro-
priam ad colores manens, & uincens, & com-
plectens. Venus nõ tingit, sed tingitur, & illa
[illegible] tingit, nihil enim potest per se cor-
pus tingere, uel seipsum separare, si spiritus
qui interius latitat minus emergat. Quomo-
do enim potest sine spiritu corpus consisteri?
nisi per pulchram naturam, quæ in ipso est,
animalem spiritum inquã, qui colorem tinctu
ræ secum educit, & infert. Venus non tingit,
sed tingitur. terrea enim materiæ pars, quæ
crassa existit, non tingit, sed illa qualitas

sub.

substantię tenuis in corpus penetrat. Cum . n. uenus, hoc est, corpus per magnesiã recte gubernetur, suamq; substantiam tenuem in lucẽ proferat, tunc tingendi uim sumit, ac tingit. Venerem enim, inquit, tingi, non tingere. Venus autem sunt quatuor corpora. tincturæ autem catalogi speciem solidæ, & humidæ, & herbæ, solidæ quidem à nebula usq; ad chrysocollam, humidæ uerò, aqua diuina. diuina enim à diuinis retinentur. & cætera. Veritas autem hæc est. NATVRA naturam oblectat, & natura naturam complectitur. rursus Veneris quadricorporea natura per magnesiam ostenditur, & uersicolorum specierum herbæ in cõpositionis attritione in lucem prodeũt. Cum rationabiliter attritiones corporũ fiunt, tunc & illa efflorescentia uirent, cum herbæ prorsus nõ sint, nisi colore tantùm. nec enim huiusmodi res possunt in igne permanere. SOLIDA ENIM, ET HVMIDA, ET HERBAS solida quidem uocat corpora, albedinem & citrinationem, & cætera penetrantia, ac in corporibus permanentia, nec omninò cedentia, sed ipsa firmè retinentia, & superantia. Humida uerò dixit, ut ita illa per humida recrearet, hoc est, per aquam diuinam: quæ nã hæc est aqua diuina? & cur ipsam diuinam appellauit? magnum nomẽ, hoc est, reliquisq; omnib. præstantius. nihil enim sine hac ad opus

proficit. Diuina aqua est id, quod simplex, & lucidum, & purissimum, & sine umbra corporum naturam facit, uelut immutans corpora, & abstergens, quodq; ex corporibus latitantẽ in ipsis naturam extrahit, coniuncta enim naturæ forma pulcherrimum bene per nebulam operatur, acuta aqua eleuata, & euocata, diuina enim à diuinis retineretur. diuina uerò sunt, quæ intus latitant, & blande extrahuntur anima & spiritus à diuinis, & ab iisdem ij retinentur, qualitate corpora penetrantia. ueritas autem hæc est. Natura naturam oblectat, & natura naturam amplectitur. & natura naturam uincit. Cùm enim quod intus latet, per diuinam aquam bene regatur, & expurgetur, oblectat se ipsam ad propriam corporis naturam penetrantem, uincentemq;, & permanentem, propriam in his naturam agnoscens lætatur connexa, & coniuncta uicissitudine. sed ut ad propositum conuertamur, quatuor corpora tinguntur, & nõ tingunt. Magnesia enim dealbata non sinit corpora frangi, nec umbrã Veneris induci. uide quid philosophus inquit, quatuor tinguntur, non autem tingunt, & conticuit. nec dixit, ut consueuit, ut cùm tinguntur, tingunt, sic solidorum corporum substantiam intellige. magnesia enim, inquit, dealbata non sinit frangi corpora, nec umbrã Veneris inferri, quæ magnesia, nisi ipsum te-

rum compositum ? quomodo igitur dealba-
tur, cùm rectè gubernata, & assata, & cum di-
uina re expurgata, omnium solidorum corpo-
rum, sic in profundo latitantia in ipsis restant
quæ facit dulcem qualitatem, speciosa germi-
na, ut per illa corporum natura tingatur. com-
positum enim per diuinam aquam irrigatumq;
non sinit tangi corpora, argenti spumam, quam
imò inexistētem umbram corporum nominant.
Argenti spuma magnesiæ mista corpus dealba-
bat, cæteraq; generis eiusdem. Magnesiam pul-
chra, uide, & mirare quomodo unum multi-
uocum infert. aliqua quidem ab unitate, ali-
qua à dualitate, & aliqua à ternario, nec non
plura intendit, donec ipsius unionem con-
seruetur, aliqua quidem à monade, igneum
inquam pharmacum. aliqua uerò à dualita-
te cum corpore ipso, quod est cum aliqua à
ternario scilicet expurgatio cum aqua diui-
na. & si quid intendat, & per assationem
referat. donec totum ipsius quasi unum ser-
uetur absterſum, & absolutum perficiatur, &
compleatur. materia enim ad aurum conficien-
dum accommoda est ipse Mercurius. Mercu-
rium à cinnabari inquit. aliquando uerò à Ve-
nere aliquando uerò à B. & Mercurius à cin-
nabari est magnesia. Mercurius uerò à B. est
aqua diuina, quod à cōtracto instrumento ex-
trahitur. & hæc sunt, quæ materiam immutāt.

Venus

Venus, ut homo, & animam, & corpus habet. oportet igitur materiam corporalem, ut permanente spiritu, tingente, ad cuiusque quæsitæ perfectionem accommodetur. Quid est Venus? quod homo, materiale corpus, quod umbram habet: quæ est ipsius anima? & quale non corpus? Anima quidem est pars tenuis in ipso, quæ per regimen in lucem prodit, hoc est, spiritus tingentis potentiam habens. quid uerò est corpus? grave, & materiale, & terrestre, quodque umbram habet. oportet igitur materiam dispoliare. quomodo possumus materiam dispoliare, nisi igneo pharmaco? Quid uerò est dispoliare? humiliare, & corrumpere, & soluere, & mortificare, omnemque essentialem ipsius materiam, multamque crassitiem extrahere, ut spiritu incumbente, & patefaciente id, quod tingendi uim habet, ad quæsitam perfectionem accommodetur. hoc enim promptum & idoneum est ad perfectum complementum. ex specularioribus, quæ sub sensum cadunt, ad eas, quæ intelligentia percipiuntur, ascende, & margarum cœlestis ornamentum, ac materiæ expers uide. Qui horũ ornatus ubi contẽplatus fueris, supra omnia mentem eleuans, magnamque & late nitentem angelorum gloriam, uarium

gau-

gaudium consideremus, ne auertaris deinceps ad materialem huius humilis, & abiectæ, & patefactæ scientiæ [illegible] cōficiendi notionem [illegible] sed totum te ad superiorem erigas, & ad splendidas supernarum substantiarum alas attollēs innumerabiles, & [illegible] pulchritudines, & illud lumen, quod omne lumen superat, [illegible] oculis mentis, & admirans opera, omnia in mundo deponens, & [illegible] [illegible] tempus [illegible] cogitansq; [illegible] tuum corpus mortificans, præterea [illegible], claris hymnis omnium Regem ac Dominum gloriæ glorificans, & laudans, tempore verò, ac timore perculsus omnipotentem potentiam mente contemplator, & ipsius bonitatem, quæ omnem bonitatem superat, quomodo omnia producta sunt per eius inenarrabilem sapientiam. Lingua torpet, & mens ferre non potest, vel prorsus inuestigare, ac reliqua magnalia omnipotentis Dei. Hæc verò omnia in nobis ipsis considerantes, studeamus, ut nos etiam fratres per fidem, & dilectionem uniamur, & assimilemur Deo verbo, quod nos dilexit, ipsumq; Dominum, & Deum amemus ex tota anima, & ex tota mente, & ex toto corde, ipsumq; mentis thesaurum admirari, glorificemus semper, & in omni uita, ac tempore, & loco, theologia imprimis lætantes, & Dei con

tuber-

mysterio digni gratia impleamur, tabernaculum Dei facti, ac mandata Dei luce perficiamus ad illud lumen festinantes, quod ineffabiliter omnem naturam collustrat, quod fortificat, & illuminat sensus, & corda, & mentes omnium amantium Dominum. atque unum fiat nobis per fidem, & dilectionem Dei ad portum voluntatis ipsius perveniamus, & sempiternis bonis perfruamur, gratia, & humanitate unigeniti filii Dei. cum quo omnibus creatis, visibilium, invisibiliumque Rege, & aeterno Deo, & omnipotenti patri, cum sanctoque, & vivificante spiritu, & consubstantiali, & magnificentia ipsorum conspicuo; honor, & potestas, adoratio, honor, gloria, magnificentia, aeterna laus, in omnia saecula, & post omnia saecula, & nunc, & semper, & in omnia, & sempiterna saecula saeculorum. Amen.

Eiusdem Stephani philosophi ad Heraclium Regem, ope divina, actio nona.

Deus principio carens, & dominantium supremus, & natura optimus Maximus, & infinitus humani generis amator, qui sic tam scribi, & comprehendi non potest, unus solus Deus, & omnipotens, opifex omnium creaturarum, qui ex nihilo cuncta produxit, qui proprio arbitrio, & voluntate, & potentia, & sapientia, creavit universa, & formavit

h ho-

hominem ad imaginem, & similitudinem suam, rationis, & mentis compotem, & sui arbitrii, & constituit ipsum Regem omnium suarum creaturarum. Ipse te ò Imperator, & Rex Regum uniuersalem, & Regem liberam, plenamq; potestatem habentem fecit in omnibus terris, & ostendit, ut domi fateris omnibus suis creaturis cum beneuolentia, & sapientia, qui sua dextra, qua cuncta continet, & facit, diuinitatis instinctum largitus ē. Et ex suo perenni fonte omnes lætitias, & egregia dona deprompsit, & uarias bonorum operum tuæ felicitatis à Deo coronatæ, & pietatis multifariæ species ostendit: nec non te seruum, & confessorem solum ueri Dei, & IESV CHRISTI filii Dei uiuentis, quem ille misit in terras. Iure igitur tibi reliquum est, ò Rex à Deo coronate, ambulare cum timore Dei, & cum charitate non ficta, ut possis per gratiam Domini nostri IESV CHRISTI, fontes aquæ uiuentis educere, & illius sublimis uoti compos fieri, ut assistas à dextris Dei. quoniam non digna sunt, quæ nunc uidentur, & in admiratione habentur, si cum illa cęlesti beatitudine comparentur. Solùm ipsi similes fiamus per charitatem, & capiamus ab ipso, ex abysso abyssum scaturientem nobis misericordiam: quæue oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor homi-

nis

nis ascenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus ipsum à creatione mundi, cui conuenit gloria, honor, & maiestas, patri, & filio, & spiritui sancto in sæcula sæculorũ, amẽ. Ad propositũ igitur reuertar, & desideriũ tuũ Rex optime explebo, & manifestè uerba faciam, quo tã to desiderio dignus fias, ut cum canticis optimã Dei bonitatem contempleris; terrũ ex materia constantiũ multitudinem repellens. At ueterum exordium sub figura contemplor. In quo nihil desit, nihil reliquum est, præterquàm nebulæ, & aquæ extractio: Ego uerò figura usus uera, hoc aquã chalcanti nũcupaui. etenim ibi est æris generatio. & chalcantũ aurũ generat. flos æris ait philosophus, & ipse inquit est, quia oẽm rem quæsitam consumat, & perficit. & unde nam ostendet, quod flos æris est spiritus masculi ? vt habet liber, sic exponit Agathodæmon, & qui illum sectantur, & ait, conijce ex substantia hausta ab altissimo, vt diuina uirtus effecta, & in spiritum conuersa, diuinum opus facit.

Quam uerò ob causam quod diuinum est quæram ? queue differentia est spiritus extracti cum eo, quod non extractum est? ut spolietur materia, & fiat sola anima, & spiritus, & ignis sublime petens, & colorem sumat, & cum igne pugnatior sit, & tenacior, ueluti planum corpus dæmonum, & penetrantium

radix enim solidi est planum. sed cum uobis prudentibus, atque hęc omnia scientibus dissero. In spiritum ergo conuersum, & sursum latum ut ignis doctrinæ ratione, igni quodam modo assimilatur, & penetrantior, & tenacior fit. ipsæ uerò doctrinæ rationes à mundi natura inuentæ sunt. Nam quemadmodum quatuor elementa in se ipsa transmutantur, & fiunt, quod non erant, cùm substantia substantiæ non sit contraria, (ignis enim fit terra, & terra fit aqua, & aqua aer, & rursus aqua, terra & à terra usque ad superiora, & in se ipsa mutata & soluta, omnia operantur, ut est apud Hermetem: Qualitates enim sibi ipsis contrariæ sunt, sed non substantię:) sic compositum, cùm terra fit aqua fit, & ex aqua aer, & ex aere ignis. Quemadmodum igitur ex cœlo, quod tanquam camera, terræ incumbit, hæc omnia sunt ex exhalationibus, sic & ex illa uelut ex terra, & ex super imposito alembicco uelut ex cœlo uehementes fiunt mutationes. & quemadmodum terræ putrefactiones exhalantes transmutantur, sic etiam flos æris simul transmutatur exhalans, hoc idem quoque considerabis & in humano capite, cucurbitulæ instar imposito corpori, & humores morbo, qui prædominatur, transmutante, quemadmodum uersiones. Vt enim non frustra dixit CONTRITA, sic etiam hic non temere.

niere. COQVVNTVR SENSIM, ET ELE-
VANTVR INTER SE. leni namque cin-
xatione spiritum tingẽtem, qui latet, eliciunt,
eleuatione uerò docent, quod sursum ab ipsis
fertur, & spiritum corporis expertem, & ani-
mam totius compositi, hoc est, corporis. quem-
madmodum igitur anima corporibus ostendi-
dit se ipsam fermentans omnia, in se ipsa tres
substantias effectrices habentem, motum, sen-
sum, ignitionem, sic etiam hic spiritus igneus
factus, & anima corporis expers, cùm rei sin-
gentis cuncta corpus penetrarit, & si in se ip-
so conditum ut planum in solido, argento le-
niter ab igne rarefacto, coniectaq; medicina,
spiritus igneus, qui in corporibus latitat, su-
blime petens, in ignitum argentum lætus insi-
lit, & corpora ipsa, quæ eum, ut animam con
tinent, non possunt uelocius ingredi, quippe
cùm corpora existentia non queant corpora
penetrare. hinc neque facit ut pondus ha-
beat, quod tinctum est, uelut corporum mi-
nus particeps, rapto enim spiritu tinctiuo ab
argento à composito omnia colorante, unius
quidem fit mors, alterius uerò uita, colligati
enim inuicem sunt, ut testatur etiá Plato, nec
procul absunt à se ipsis, ut uoluptas, & dolor,
efficiens enim naturæ ipsorum, quod qualita
tem parit, raptum ab argento, nemine, inquit,
prohibente tinxit: sed de his hactenus. Quod

uero ad differentem aquæ extractæ causam
spectat, ne hoc deterreat. Flos enim est, qui ex
trahitur non solùm semel, sed bis, terue, p mar-
ripetas. Postea quàm igitur ostensum est se-
cundum accidens, flos aqua sulphuris est illi-
bata, & fixionis usum habet, quoniam quomo-
do dixit, ET GRVMI PAVLVLVM OM-
NE CORPVS TINGET. Age igitur Ma-
riam, & Iudaicas amborum scripturas, quæ re
docent, proferamus. sic inquit Maria; RETI-
NACVLVM omnium, quæ ab igne fugiunt,
est alabastrum. omnium candidissimum lapi
dem Encephalum mente recondes, habentem
uelut calorem. hunc capiens contere, & mi-
sce cum aceto, & conficiens in uasculum post
modum tandem conde sub fimo equino, uel
gallinaceo usq; ad uiginti dies &c. hæc eadem
inquit Theophilus, dicens; Est quidam, qui
nascitur in Aegyptiorum regione lapis pul-
cherrimus, & Deo gratissimus. Cæterùm fi-
nis scripturæ, quæ ingenuè, ac sine inuidia se-
cretum pandit, in putrefactionem desinit, ut
manifestum mysterium aquam sulphuris illi-
batam. flore enim nihil est illibatius: nihil,
quod magis tingat. hoc regimine Agathodæ-
mon omnia fixa, & cum igne colluctantia fa-
cit. ait enim. ET HABEBIS CROCVM,
qui naturam suscipit, ut igni resistat. hoc in
omni ferè specie dicit putrefactionem subii-

ciens. Quid enim hoc clarius dicere potuerat, quàm consulere, ut ab ipsa rubigine fuliginem extraheremus? & in suo tractatu de fuligine inquit. ipsam fuliginem etiam argento uiuo mistam, magis permanentem Mercurii spiritum seruare. ac de rebus dubiis, utrum hoc, uel illo modo se habeant, laborare minus debemus. hoc enim est quod quæritur: aquam scilicet sulphuris illibatam, & rubiginem unum, idemq; esse, atque hic uerè totius artis cardinem uerti. In ipsis enim deinceps consideratur ex una compositione omnia fieri, & quod tingit, & quod tingitur, & quod fugit, quodve sequitur, & familiare, & contrarium, & masculum, & fœminam, & sponsum, & sponsam, & agens, & patiens, unus enim est serpens, qui duas habet compositiones, & rubiginem. Vnum enim est totum, ob quod sunt omnia. etsi totum non haberet totum, nihil totum esset, ait maximus Chimes, Et uox ait sacra. Inuentus est Pan à creatione Aegypti quæsitus. nam fixas res facere, ac minus fugaces tincturas, non sulphuris solùm est, sed etiam rerum, quæ dealbatæ, & emollitæ, & rarefactæ sunt. Cùm enim substantiæ à sulphure albo in perfectione, &

assatione pereunt, tunc & ipsa sulphura incombustibilia factæ permanent, ac facientes quod passæ sunt dando, accipiendoq́, tunc utraque sulphura facta substantias binas reddunt, hoc est, quæ inter se non franguntur. Deinceps, cur, inquit, multiplicium rerum species sequiritis, cùm una natura omnia uincat, & hanc naturam ab initio usque ad finem expendens manifestum mysterium uidebis, hoc est cymbalia. Quid enim inquit in specierum acclamatione ait, ô NATVRAE COELESTIVM NATVRARVM CREATRICES hæc dissoluta omnia operantur, quid ergo hoc est? dissoluere. huc age ad liquores, & disce. SVME CROCVM CILICIAE, simul cum flore cnici coniunctum succo uitis, & una liquorum serie dissolutionem inuenies. Huc age rursus ad album: & item in ipsis nunc est dissolutio, ipse te docet, dicens, RELINQVE INFERIVS ET FIET. quid nam sit an non ne flos eris intelligentiæ comprehensus. At in liquoribus post illud, RELINQVES INFERIVS, ET FIET. Et uerum dixeris alii uero corpora appellarunt, alii sulphur, & non deceperunt, & ob id diffusus est error in orbe terrarum propter appellationū multitudinem, & fatui aberrarunt, & declinarunt à ueritate: cùm de quatuor, & quinque elementis agerent. ad illa enim referuntur. Ali-

qui quidem uocarunt corpora, & ea inuicem opposuerunt. quemadmodum statuit ipse rerum omnium creator. prius etenim Saturnum collocarunt, & ex aduerso plumbum in altissimo uertice, & post ipsum, Iouem, & ex aduerso argentum uiuum in secundo orbe. deinceps posuerunt solem in orbe medio, & post ipsum collocarũt lunam in orbe extimo singula cum singulis connectentes eo ordine, quo ipse creator disposuit. Et singula inter se distincta sunt, atque uni orbi coniunguntur, & unus ipsis ministrat, eademq; gubernat. & ob unum spiritum amantur. & mutuò se fixis oculis intuentur. & mutuò uersantur, & mutuò soluunt, & in suis tectis spaciantur, & quemadmodum statuit ipse creator. in terra enim reperiuntur, & in aere sunt, & in aqua & in igne sunt, omninò pacem inter se habent, & unus opifex ministrat illis, eademq; regit. unoq; iugo omnia coniugata sunt. atque unam potionẽ bibunt. ex terra enim aluntur, & quodlibet ipsorum propriũ munus obit. & in propria sede consistit, & creatoris arbitrio paret. & quodlibet ipsorum in terra occultatur in propria gloria. Et uos ò amici cùm ad hanc pulcherrimam artem uultis accedere, spectate herbarum naturam, unde nam illæ prodeunt? aliquæ si quidem ex montibus prodeunt, & aliquæ ex terra oriuntur, & aliquæ

ex conuallibus nascuntur, & aliquæ ex campis aguntur: sed uidete, quomodo ipsis adhæreatis. in tempore enim, ac propriis diebus ipsas colligite, & extripate ex insulis maris, ex altissimo loco considerate aerem ipsis ministrantem, & frumentum ambiens ipsas, ne corrumpatis, aut labefactetis, considerate diuinam aquam irrorantem, & nebulam ferentem, & aerem gubernantem ipsas. quæ, cùm permiscentur, unum sunt, ac nemo potest illas separare, cùm in unam naturam coiere. Respondens Ostanes, quiq; cum eo erant, dixerunt Cleopatræ. in te latet totum arcanum, horrendum, & admirabile. expone nobis clarè etiam de elementis, dic quomodo descendit superius ad inferius. & quomodo medium supremò, & extimo propinquum est, & non concurrant partes, cùm procedant, & uniantur, & quodnam sit ipsis medium, quod unum faciat. & quomodo descendunt aquæ benedictæ ad uidendum mortuos iacentes, & ligatos, & positos in tenebris, & caligine, intus in inferno, & quomodo ingreditur medicina uitæ, & suscitat eos, ut tanquam ex somno expergiscantur. & quomodo ingrediuntur nouæ aquæ, quę in principio lecti, & in lecto generantur, & cum luce ueniunt, & quomodo nubes ipsas fert, & ex mari ascendit nubes

aquo-

aquosa. Ea, quæ ostensa sunt contemplantes philosophi gaudent. at Cleopatra ait eis. Aquæ ingredientes, uelut è somno corpora, & spiritus clausos, & debiles excitant. Rursus enim, inquit, angustias perpessi sunt, & rursus occludentur in inferno. & paulatim nascuntur, & surgunt, & diuersos, & gloriosos colores induunt. quemadmodum flores uere: & ipsum uer lætatur, & exultat pulchritudine, qua illi conuestiuntur. Vobis inquam prudentibus, herbas, & elementa, & lapides cum æquitis ex locis ipsis, pulchri admodum uidentur, & non pulchri. quoniā omnia ignis probat, cum uero induent gloriā propter ignem, & colorem nitidem, ibi spectacula maiora sunt: ibi gloria occulta, & accurate quæsita pulchritudo, & terræ natura mutata in diuinitatem. quoniam in igne ea nutrit. Quemadmodum infans sub uentre astitus paulatim augescit. cum uero status mensis adest: non prohibetur in lucem prodire. huiusmodi est hęc ars pręclara. Verberant ipsam procellę, & undę, sed inuicem in inferno, & sepulchro, ubi iacent. cum uero sepulchrum panditur, exurgit ipsa ex inferno, uelut quidam infans ex utero. Contemplantes philosophi pulchritudinem, quemadmodum studiosa mater infantem, quem ipsa peperit, tunc

qua-

quærunt, quomodo velut infantem, pro lacte, aquis hanc artem nutriant. quandoquidem vt infans formatur, & cùm perfecta fuerit in his omnibus, ecce arcanum signatum, nunc autē primùm apertè uideo, ubi nam uobis iacent elementa, & herbæ, in ænigmatibus autē exordiar dicere. ASCENDE in supremum tectum in montem arboribus consitum, & uidebis lapidem in uertice, & ex lapide sume arsenicum & dealba diuine, & uide in medio monte infra arsenicum, ibi est coniux sua, cum qua coniungitur, cum qua gaudio perfunditur, & lætatur natura in natura, & extra ipsum non coniungitur. Descende in Aegyptium mare, & educ tecum ex arena, ex fonte, quod nitrum dicitur, & coniunge illud simul. & ipse extrahet foras pulchritudinem omnia tingentem, & extra ipsum non copulatur. mensura enim est coniux. ecce natura naturæ contra retribuit. & cùm omnia æquabiliter coeunt, tūc naturæ naturas uincunt, & inuicem lætantur. Considerate sapientes, & intelligite. ecce enim artis perfectio, coniugatorum, sponsi, & sponsæ, factorumq; unum. ecce herbæ, & ipsarum differentiæ. ecce dixi uobis omnem ueritatem, & iterum uobis dicam. uidete, & intelligentes estote, quoniam ex mari oriūtur nebulæ, quæ ferunt aquas benedictas, & ipsæ irrigant terras, & educunt herbas, & flores. Item nostra

ne-

nebula egrediens ex nostro elemento, cùm ferat diuinas aquas, & irriget herbas, & elementa, nulla alia terra indiget. Ecce fratres arcanũ admirabile, ignotum prorsus ecce ueritas uobis patefacta est. uidete quomodo irrigetis terras uestras: & quomodo nutriatis semina uestra, ut maturum fructum colligatis. Audi igitur, & intelligens esto, & diiudica exacte in quibus loquor. SVME ex quatuor elementis arsenicum supremum, & infimum, albumq;, & rubeum, & maris, & fœminæ pondus æquale, ut coniungantur inuicem. nam quemadmodum gallina calore souet, & excudit oua sua, sic etiam uos souete, & perficite, & extrahentes, & irrigantes diuinis aquis in sole, & in locis calidis, assate igne leni cum lacte uirgineo, & cauete à fumo. in inferno autem occulite ipsa, & caute mouete. donec ipsorum præparatio fiat solidior, nec fugiat ab igne, & tunc extrahite ab eo, & cum coniungentur anima, & spiritus, & fient unum, tunc coniicite in corpus lunæ, & habebitis solem: quẽ non habuerunt regum repositoria. ecce arcanum philosophorum. & pro illo adiurarunt, nos patres nostri, ne illud patefaceremus, vel diuulgaremus. cùm diuinam habeat formam, & diuinam operationem. diuinum enim est. quoniam coniunctum cum diuinitate diuinas substantias facit. in quo spiritus fit corpus

pus & mortua animantur, & suscipientia spiritum ex ipsis prodeuntem, inuicem tenentur, & tenent. quemadmodum enim spiritus tenebricosus plenus uanitate, & tristitia est, qui prohibet corpora ne dealbentur, neue suscipiant pulchritudinem, & colorem, quem habuerunt à creatore, ægrotat enim & corpus, & spiritus, & anima ob tenebras extensas. sic cùm ipse spiritus tenebricosus, & perniciosus remouetur, ita ut non appareat odor, nec color tenebrarum, tunc illuminatur corpus, & anima, & spiritus gaudet, cùm abest nigredo à corpore, & uocat anima corpus illustratum, egredere, inquiens, ex inferno, et resurge ex sepulchro, et expergiscere ex tenebris, indutum enim es spiritualitatem, & diuinitatem, quoniam audita est uox resurrectionis, & medicina uitæ ingressa est ad te. spiritus rursus gaudet in corpore, & anima in eo, in quo est. ac citato cursu hilare fertur ad complexum ipsius, & complectitur ipsum, nec ipsi tenebræ dominantur, postquam subiit lucē, nec patitur, ut ab illo in æternum separetur amplius & gaudet in domo sua. quoniam, quæ occultat ipsum in tenebris, inuenit plenū luminis, & se cum illo copulauit, quoniā diuinū effectum est per se, & habitat in ipsa. induerūt.n. diuinitatis lumen, & coniuncti sunt, & abiit

ab

ab ipso nigredo, & coniuncti sunt oes in amo re corpus, & anima, & spiritus, & facti sunt unum, in quo latet arcanum, & signata est domus, & stetit statua luminis, & diuinitatis plena: ignis enim ipsos coniunxit, & transformauit. & ex sinu uentris eius exierunt, similiter etiam ex utero aquarum, & ex aere ipsis ministrante; & ipse eduxit eos ex tenebris in lucem, & ex tristitia in splendore, & ex ægritudine ad sanitatem, & ex morte ad uitam, & induit eos diuina gloria spirituali: quam non induerant prius, quoniã in ipsis latet totum arcanum. & diuinitas inalterabilis inest. ppter ipsorum enim potentiam, ingrediuntur simul mutuò corpora: exeuntes ex terra induunt lucem, & gloriam perennem: quoniam cuncti sunt secundum naturam, & alterius sunt formæ, & ex somno surrexerunt, & ex inferno exierunt, uenter enim ignis peperit ipsos, & propter ipsum induerunt gloriam. & ipse ad unionem unam perduxit, & absoluta est imago, corpore, & anima, & spiritu, & facti sunt unum. Subiectus enim est ignis aquę, & terra aeri. simul & aer cum igne, & terra cum aqua, & ignis; & aqua cum terra, & aqua cum aere, & facti sunt unum. Vnum enim herbarũ & fuliginum factum est unum, & ex natura, & ex diuino diuinum facti sunt unum, quod

om-

[illegible] nostram constillat, & retinet; ecce na turę [illegible] recurrerunt, & uicerunt; & pro [illegible] alterant naturas, & corpora, & omnia [illegible] ipsorum, postquam ingressus est fugiens in non fugientem, & retinens in non [illegible] atque inuicem in unum coiere. Hoc arcanum didicimus fratres tum à Deo, tum à patre nostro Comario antiquo: Ecce [illegible] omnem ueritatem [illegible] & prophetis occultam. [illegible] philosophi, [illegible] Cleopatra [illegible] beatus enim est [illegible] qui te [illegible] Cleopatra; Corpora [illegible] di [illegible] Conuersione, & alteratione in formam [illegible] ipsa induunt gloriam occultam, & excellam, quam antea non habebant, & ait sapiens. Dic nobis Cleopatra, & hoc aquę arcanum cur scriptum est? [illegible] sunt ars & rotæ instar super ipsa quemadmodum arcanum, & cursus sup polos. & superius sedes, & [illegible], & tentoria præclarissima, & ait Cleopatra. [illegible] philosophi posuerunt, [illegible] à Creatore, & domino rerum omnium. & ecce dico uobis, quòd polus ex quatuor perficitur; & nunquam quies dabitur. Hæc [illegible] sunt in hac terra nostra Aethiopia, in qua [illegible] herbæ, & lapides,

pides, & corpora diuina: quæ Deus, & cœlum fecit. In quolibet autem inseuit creator potentiam. Vnum uiride facit, & alterum non uiride facit. unum est siccum, unum humidum. Vnum coniungens, & alterum disgregans. unum retinens & alterum recedens. & in occursu mutuo seipsa retinent, & unum in alio in corpus reducit. & in alio exornat, & fiunt una natura, quæ omnes naturas amplectitur, & retinet. & ipsum unum omnem naturam ignis, & terræ uincit. & omnem potentiam ipsorum alterat, & ecce nobis ipsius finem refero. Cum perficitur, fit medicina lethalis in corpore currens. quodammodo enim proprio colore ingreditur, & sic se insinuat in corpora. in putrefactione enim, & calore fit medicina currens in omne corpus sine impedimento. hic enim philosophiæ ars extremam manum accepit.

MICHAELIS PSELLI EPISTOLA ad Xiphilinum Patriarcham. De Auri conficiendi ratione, DOMINICO PIZIMENTIO Vibonensi Interprete.

VIdes ò domine quidnam facis, meus; dynastes, & animi mei tyrannis? à philosophiæ magnitudine me ad artẽ, quæ in igne

ac fornacibus consistit, transferens, ac suadẽs materias permutare, & rerum naturas transformare. quamuis hoc fortasse ad philosophiā naturalemq; scientiam spectare uideatur. plerique enim mysticam hanc, & arcanam existimarũt, & sub nullam rationalem scientiam reuocare conati sunt. Ego uerò ipse iamdiu quoq; hanc rem sum admiratus: & cum dictis mentem non adhibui, tum etiam monstruosam ratus sum. Quoniam uerò mihi hoc onus imposuisti uelut Eurystheus quidam, ut aurea mala transportarem, plumbum in aurum uertentia, uel stannum, uel aliud quidpiam rerum naturalium, quod cõsueuerunt in omne opus facere: primùm suscepi de hac re scribendi prouinciam, rerum, quæ fiunt, causas perquirens. ut si rationabile argumentum inuenirem rerum, quæ inde accidunt, opus aggrederer, & scitè deprehenderem. sin minus, & ea, quæ fiunt, ualere sinerem. Sic igitur animo cogitans, & perscrutans, & ab uno ad aliud pergens, me ad ipsam dictorum elementorum naturam contuli. ex quibus alia constant, & in quæ soluta soluuntur. Ratus enim sum haud temere, ea quæ ex his conflantur, ex quibus etiam facta sunt, inde quoque passiones sortita esse. omnium uerò, quæ quatuor elementorum temperatione composita sunt aliqua sanè à terra magis nomen accepe-

runt, quæcunque terrestria, crassioraque sunt: quædam uerò ab aere nomenclaturam assumpserunt, quæcunque leuiora, & magis spiritualia sunt. aliqua uerò igneæ naturæ participant, quæcunque sunt calidiora, & splendidiora: aliqua ab humida natura prodierunt, quæcunque uiscida, & natura lubrica sunt, nec quæcunque adstringere, & densare, & superficiem exasperare consueuerunt. quæ dubio procul marinæ aquæ sunt opera. ipsa enim aliarum aquarum in elementi naturam potius habet. non enim flumina generant mare, ut multi putant, sed inde medijs uaporibus illa repleta postmodum aucta constituunt. Si quid igitur crassius existens, humidius factum est, cùm nihil aliud esset quàm terra, in aquam abiit. & si quid magis tenue existens, uel rarius, uel densius agnitum est, hoc uel ignis existens in aerem mutatum est, uel aer in aquam, uel aqua in terram. Quæsiui igitur, an in primis elementis huiusmodi mutatio inueniretur. existimabam enim, quòd si ignis aer fieret, & aer aqua, & aqua terra, & idem contra efficeret mutatio ex inferioribus ad superiora, nihil non uideret. quamuis magis terrestria aquosiora fierent, hæc uerò aeria, & illa ignea sunt, sic igitur, cùm ad naturalem scientiam ascendissem, & præstantioribus philosophis adhæsissem, inueni hæc mutuò se generare, & unum

alterum gignere. inuicem enim posita patiuntur, & agunt, densitates, & raritates ipsorum naturas permutant. aqua enim conglaciata in chrystallum lapidescit. quod uero attenuatur, aqua est, & hæc in uapores soluta aer fit, qui iam concalefactus in ignem contra terminat. ignis item refrigeratus uelut in aeris naturam mutatus est. & hic densatus, in nubes concrescit, & aqua cœlestis fit. & hæc quidem superius concreta nix, uel pruina fit, inferius uerò chrystallum. Ego igitur ipse uidi non multo tempore elapso (tunc enim ephebus eram magis, quàm etiam prius, & philosophiæ mysteriis initiatus.) radicem quercus, ut puto, exactè in lapidem conuersam: eratq; mirabilis uisu. particeps enim erat ambarum naturarum. erat enim fibris, & tumoribus distincta, secundum arborum naturam, duroq; inuolucro operta. partim quidem rugosa, partim uerò etiam in umbilicatos poros concreta. tota autem erat solida, & lapis purus. Tunc quidem igitur tam simpliciter admiratus essem, dimisi. postea uerò philosophia duce generosius procedens fulmine ictam tellurem existimaui, no urenti hoc iam, & denigranti, sed magis tenui, & celeriore: qui frequenter quercus meatibus appropinquans, omnemq; humorem

exhauriens fibras coniunctas coagulauit, & in lapidis duritiem materiæ raritatem transformauit. Strabo enim geographus tradit & naturam quandam frigidissimam fontis huiusmodi duriciē raris naturis ingenerare. quod multo admirabilius est mutationibus, quæ ex igne fiunt. Quoniam igitur sufficienter à nobis in initio dictum est quod materierum mutationes naturalem quandam alterationē habent, non propter incantationem quandam, uel miraculum, uel aliud quodpiam arcanū, ob id quoque mirandum non est. Ad ipsam iam transmutationis artem progredior. Volui igitur tibi uniuersalem artis præceptionē tradere, omnemq; operationem perscrutari, densitatemq; ac raritatem naturarum, colorationemq;, & alterationem: & docere quidnam sit quod chrystallū rarefaciat: quidue hyacinthum: & quomodo quispiam etiam smaragdū & beryllum conficiat. quæve sit natura, quæ lapides omnes emollit: & quomodo unio soluatur, & in aquam abeat. quomodo item coaguletur, & in globum formetur. quæve sit artem margaritarum dealbandarum ratio, denique nihil intentatum relinquere, quod in his à natura fiat, artemq; magistram facere, & in artis præcepta reuocare constitui. Quoniam uero tu non finis, ut

nos in superfluis tempus conteramus, nec ut in contemnendis omne studium ponamus, hoc solùm me interpretari noluisti, ex quibus rebus, quaue scientia aurum aliquis facere possit, hanc tantùm artem tibi enarro. quod enim sæpius audisti ab aliquibus dicentibus, hoc admiratus es, & eius, quod admiraris, causas quæris, non ut super thesauros ingentes assideas, sed ut intus in naturæ adytis uersans, eiusq; arcana suspicias, uerè sapientis animi propensionem, & quasi formam uideo, atque agnosco studium tuum, uel eos, qui prius philosophati sunt, quorum princeps est Plato, qui in Aegyptum, & Siciliam, & in plerasq; Libyæ partes trãsmisit, ut Aethnei ignẽ uideret, & Nili exortũ, umbraq; carẽtẽ pyramidem, & subterraneas cauernas, quorum rationes in occulto sacris initiatos edocuerunt. Intelligo te prolixos sermones molestè ferre, cum cupias ante aquiminarios templum uidere. Sed de sacrorum primordiis hactenus. Ecce iam tibi arcana patefacta sunt, sed parum per etiam expecta. Quemadmodum non una forma facit sacerdotem, uel philosophum, sic neque aurum unius cuiusdam materiæ uis facit, alia uerò aliud faciunt, & quæ faciunt, multa sunt, quod uerò fit, unum est. sed ego non quod elephas facit, tibi ostendam, hoc enim animal contrariam quandam potentiam

exflatu contra capitis dolorem habet. qui igitur cum elephantis uersari solent, sic dolose, capitis grauatis, postmodum ipsis aliquid alimenti ceu mercedis loco ferentes, membrum dolens ori subiiciunt. at elephas si uiderit impensam dignam, non semel sed iterum, atque iterum fortasse genas pandit, & ægrotanti inspirat. sin secus, semel ipsi neglectum flatum emittit. sed ego tibi sæpius, ut mulieres, quæ cantionibus utuntur, os patefaciam, nouos sæpe flatus inspirans. opus enim mihi est ingenti spiritu. Iam enim me in camini solio collocasti, iamdudum fornaces, & carbones parentem. Hæc igitur est prima auri operatio. ARENA quædam est litoralis, quę ab auri colore Chrysites appellatur. aliqui uerò id ipsum auream arenam uocant. hanc igitur conterere oportet in aliqua duca pila, & in pollinem redigere, & postea mundare, & exsiccare, ne partes pulueris coeant. Quoniam uerò inspissare, & calefacere oportet, sale quidem inspissato, igne uerò calefacito, per diem, ac noctem non auferens; postea denique pila capta aqua exprimens salsuginem, repone medicinā. deinde uas in igne ponens imbibe aceto pulueretn guttatim irrigando, ut simul coeat, atque exiccetur. hoc autem quater facito, rursus separatim alterans. Argentum, ac plumbum liquans, utrumque in pilam coniice donec

unà confundantur, & simul per modicam horam, po-
stea auferens, & frigefaciens, bonis quibusdam
cernes totum ductum. dein tandem [illegible] puri-
gans inuenies aurum. Sin uerò uelis ita facito ob
Sandaracham & Chalcanthum, & Arsenicum, &
sulphur uiuum & cinnabari simul terens, ad [illegible]
nacem mixturam faciens in putum [illegible]
nique, cuius os sit angustius, cuiusmodi sunt uasa
theriacae, atque os obstruens argilla per [illegible]
igni assato, postea auferens [illegible] in [illegible]
[illegible] siccam piceis [illegible] similem. hoc
ergo [illegible] terens in uase fictili [illegible]
[illegible] capiens loca [illegible] & ablato oper-
culo inuenies flauum. [illegible]
si ceperis albam, & per pondus [illegible]
praeparatum, postea uerò utraque [illegible]
oleo raphani concoctis, [illegible] erit tibi [illegible] quod
est in fornacibus aurum. Si uerò non sit ni-
tens colore, sale uncta ea, quae superius dicta
sunt, & misy, & ferri croco contrahuntur, &
rebus potentias communicantibus, [illegible]
fulgentius aureis pactoli arenis efficies.
Si uerò aurum habens duplum pondus face-
re uolueris, nihil auferens ex qualitate, [illegible]
ponderatus, duplo maiora pharmaca ponde-
raco, misy, & berilli [illegible], ut sit quadru-
plum auri, quod ex ambobus constat. haec
miscens, seu temperans affige auro, atque
ita ubi in crucibulum coniceris, & ignitum

feceris extrahe, & ex ipso duplo ditior fies. Sed
nostrum institutum erat, ut non de auro col-
lustrando, atque augendo, sed de auro conficien-
do ageremus, hoc itaque præstabit quoniam aliquan-
tulum digressa oratio ad alias artes obiter respe-
xit. Cinnabari, & [illegible] aeris, uelut na[illegible]
rales quædam [illegible] lunari materiæ [illegible]
[illegible] in corpus faciunt. Si igitur argentum liquefactis
[illegible] medicinas miscendo [illegible] aperueris, [illegible]
[illegible] & [illegible]
& ad [illegible] aurum uel [illegible]
[illegible] solum uero [illegible]
[illegible]
[illegible] Æris igitur cor-
pus [illegible], quam [illegible] quandam
[illegible] oblongam facito, postea [illegible]
[illegible] in [illegible] Vulcanum [illegible]
[illegible] & nunc [illegible] Attica [illegible]
[illegible] & pectus [illegible]
[illegible] plendet, ac gladium [illegible]
[illegible] aurea, cum talem fortasse
se Paris Venerem uidisset, Iunoni, & Palla-
di anteposuit. Quoniam uero regiam [illegible]
[illegible] interpretabimur quid
[illegible] quoniam enim [illegible]
din [illegible] ad opera indigemus, prius [illegible]
[illegible] habere necesse est, ut ea in tempore [illegible]
[illegible]. Chrysocolla terræ flos est, in Macedonia
nascens, hanc aqua dulci purgans, postea solaribus

radiis exsiccas æris Scytici flore, & Chrysolitho simul solue, & commisce, postea humido excremento in spissans in lucido uitro recondé. totamque flammis calefacito. ex hoc enim igneum pharmacum facies. Habes simul etiã regiminis significationem, quodq; tincturam facit. Aurum uerò ita facere poteris. Vbi plumbum igne liquaueris sulphur uiuum huic inspergas, & igne utitor, donec uapor euanuerit, postmodum aluminis scissilis, & cinnabaris par pondus capiens, misceasq; in oxymelite liquato plumbo inspergito, itemq; sulphur uiuum, ut tum solidum fiat, tum etiam colorem per cunctos poros capiens: propter hæc omnia aurum efficiatur. Quid igitur tu totam tibi Democriti Abderitæ sapientiam breuiter reuelabimus: nihilq; intus in adytis relinquemus. sed nec qui alios sacri initiant hoc dicunt: neque mystica diuinatio. stata autem tempora sacrorum principem concitarunt ac rursus ille à debacchatione conquieuit, sacrisq; initiatus compositum festinauit. Sed ne moleste feras, si tibi primo, ac diuino sacrorũ principi alius ipse sacrorum princeps cedo. tibi enim præstantiora concredita sunt, ac tu de cœlo Deum deducis, & euehis animam, & mentem, quæ in materia est, applicas rei exemptæ à materia. Ego uerò humi iaceo, ac naturæ contemplator sum, nec dum reculi-

me ad rerum non aspectabilium speculationem, quoniam nonndum mihi acutius lumē factum est. Nosti igitur quid faciemus. mihi quidem terræ adyta con credita sunt. Tu uerò illa cœlestia es consequutus, Impertiamus ergo inuicem res, quas habemus: tu mihi egregia spectacula: ego uerò tibi naturales effectus, sed uides, quid ego tibi fecerim? cùm enim auri fontes aperuerim, nec Atho concussi, nec Pangæum commoui, nec uenas quasdam subterraneas aureas reclusi: sed lapides inter se conterens, & herbas quasdam miscēs, ingenuè tibi, ac utiliter, aurum ualde preciosum elaboraui, huiusmodi aliquid tu mihi etiam comminiscere, non in aerem concitans: non sublimem tollens, sed aliqua ratione in terris mihi ostende supra cœleste bonum, hęc enim nullibi est, sed ubique, & in qualibet uniuersi parte inuentū multos latet. quodq; intus in nobis est, in cęlo errantes quærimus. sed doce, quomodo prope est, & quomodo lōgius abest, non loco distans, sed dispositione propius accedens quod longius abest. Dic quęnam ratio est descensionis intelligentię? deinceps vsq; adeò descendens, quomodo rursus ascendit? Ad summam me manu ducas ad Deum. si enim per satis angustum inter, contētus ero. si uerò per iter nostri capax, his me sacris initiandum deduxeris, polliceor tibi me

nullum reliquum scientiæ, & naturæ opus, nullumq; studii genus, uel antiquioris sapientiæ, uel arcanæ prętermissurum, sed tibi si placuerit, quæ sub terra sunt, explicabo. At uerò si ego tibi studiosissimè munus confero, tu autem mihi scientiam non ostenderis, ęrea pro aureis minus permutans, nec ob id tamen suc censebo: nec tibi turpem ingrati animi notam' muram: sed sciam in uitro magis solare lumē attritum succendi. Vis igitur me dicere quod pro omnibus dicam? Impensius ama.

FINIS.

Io fra Massimiano da Crema, ho ueduto il presente libro di cartę 83. nel quale sono Democrito, Synesio, & Pelagio stampati, & Steffano Alessandrino con Michele Psello, & Ostane scritti à penna, & non ui ho trouato, che repugni alla fede Catholica.

Idem qui supra Fr. Maximianus
Inq. Paduæ.


Digitized by Google